Et rursus. quomodo sapientia pauperis est cõtempta. Ex quibus facile ad vtrasq rationes respõdere libet. ad eas presertim que concludere videntur: quia si natus nobilis: tamẽ vicio sus ignobili ꝟtuose preferretur tunc laudaretur atq honoraretur viciũ. Quia dicimus eos nõ honorandos tanq formaliter bonos ꝛ virtute preditos: sed tanquã bonos instrumẽtaliter. et vt signum bonitatis. veluti commendamus vrinam sui natura fetidam representatione: quia signat bonitatem id est corporis sanitatẽ.

¶ Capitulum septimũ de laudibus: preconiis et commendatione nobilitatis generis / ꝛ de illius virtutibus ꝛ vtilitate.

Consuetũ igit ordinẽ sequentes: post pmissa que de nobilitate adduximus. afferenda sunt breui sermone paucula ex multis: laudum preconia prerogatiue / ꝛ excellentie nobilitatis humane. ꝛ illico eiusdem vanitates. incõmoda. dãna ꝛ picula. afflictiones ꝛ crĩne succincte recensenda. Et quãq ex his q paulo ante tetigimus / facile libet attingere quanta sit huius ingenuitas excellentia. quanta vis ex his maxime que illico subiiciemus / eiusdẽ nobilitatis splendor et gloria vberius resultabit. nec certe ẽ illa preclarissima gemma / humane nature / diuinitus missa. qua (vt cetera taceam) homo non a casu non fortuitu. non denicq ab accidenti: sed ab ipsa rerum natura digni-

oꝛ ꝛ excellentioꝛ habet. Cetere quidem humane dignitates, honoꝛes ceteraꝗ bono homines subsequuntur, nec vero generosa nobilitas vna cum homine cōcipitur. quippe ante ab ipsa lustratur ꝗ̃ a parentibus nascatur. Quod sanctus patriarcha iob: ꝑ pulchꝛe demonstrat cū ait. Gloꝛia eoꝛū a partu: ac ab vtero ꝛ conceptu honoꝛ illius. Hinc in Ecclesiastico Sapiens ait. Gloꝛia hominis ex honoꝛe patris. Et licet teste ꝓpheta. Moꝛtales homines natalibus equales sumꝰ: veluti filii excelsi omnes, adeo vt vnus fons omnium sit: ipsa tñ generosa nobilitas alios aliis pꝛefert. Et iuxta Apostolum. Velut stella differūt a stella. Sic gloꝛiosa ingenuitas hominem discernit ab homine: ne pari laude aut honoꝛis ꝓmio ꝑfruantur qui inequali virtutum ꝛ generis claritate illustrantur. Quis enī alti seminis ꝓpaginem negabit suā nobilitare posteritatem: quā potius exalta, sicut vilis et abiectꝰ a sua vilescit. Vnde quidā ex sapiētibus in versu dicebat. Nobilitas hois est mēs deitatis ymago. Nobilitas hominis virtutū clara ꝓpago. Nobilitas hominis humilem releuare iacētem. Nobilitas hominis: mentē frenare furentē. Nobilitas hominis est turpia nulla timere. Nobilitas hominis natura iura tenere. ¶ Deniꝗ vt i rhetoꝛicis philosopho placuit: nobilitati oēs penè virtutes famulantur ad quas ipa natura parens peculiarius ceteris nobiles ipsos inclinat. ¶ Pꝛimo quidem humiles ꝛ māsueci no-

versꝰ.

nobilitas sex conditiões.

biles existunt. elationē fugiūt. pro eo maxime quia eorum progenitores potentia & diuitijs recte & moderate vsi fuere. quo fit/ vt non facile superbia infient: quēadmodum qui nuper atq̄ recēter ditati sunt. Secūdo nobilitati deseruit magnanimitas: que res agit vt contumeliosi minime existāt: Hi enim cū ad magna suspirēt/ parua iniuria nusq̄ commouentur. parcunt. indulgent. sufferunt tāto facilius imbecillibus quanto resistunt fortius superbis. Tertio nobilitatē cōciliat temperantia. Sūt enim nobiles vt plurimum in reipub. cura occupati: ea de re assueti sunt temperate viuere. Quarto: nobilitas est plurimum honoratiua: nec aliorum despectiua. Non enim reputāt nobiles alia bona nisi anime: quare virtuti deditos non despiciunt. Quinto nobilitatem ipsam prudentia et industria comitat. Subtiliter enim generosi inuestigāt: quid eos agere oporteat. Quoniam plurimi illorum opera intuentur et quicquid agant: qualiterq̄ domi viuant. quid teneant: vicini omnes nouerunt et velut exploratores eorum sunt constituti. Quo fit/ vt soliciti/ intenti/ prudentes et cuncta prouidentes existāt. Sexto: nobilitas effabilis est et plurimū curialis. Cōmuniter em̄ versantur in regum do mibus et principum curijs, sicut e vestigio rustici tanq̄ solitarii rudes & siluestres in campis viuitant. Et ob eā rē (vt Philosopho placuit) nequaq̄ sunt bene conuersatiui. Postremo nobilitas ipsa non

solum viuentibus: sed et morientibus laudes et preconia parit. nec modo nascendo queritur: et videndo conseruatur: Quinimo sepe etiam (quod mirabile est) moriẽdos augetur. idq; gloriosus ille Machabeorum dux non negauit. de quo scriptura ait. quia eligit nobiliter mori potius q̃ subditũ esse peccantibus.

Capitulum octauũ de vanitate nobilitatis humane et de vitijs que eam comitantur. et de plurimis excessibus nobilium. et de falsa nominatione nobilitatis. et de illius incommodis: laboribus et periculis.

Cogit iam aduersantium turba. vt huius tã laudate ac caduce: sed et inanis carnis nobilitatis vanitatem: ignauiam. inconstantiã / ceteraq; incõmoda: afflictiones erũnas et pericula. Paucula ex multis attingamus. In primis itaq;. illud vellem: semper cunctis mortalibus menti defixũ esse. qd vnus ex sapiẽtibus ait. Quia si hũane nature ob scenam fabricã ac turpem materiã cõspicim9. de terene carnis nobilitate disputare nil aliud videbatur: q̃ de stercoris aut luti claritate certare. Vñ apud Machabeos scribitur. Gloria eorum stercus et vermis. Qd et Esaias non ignorauit: cuz ait. Magistratus et honor illius quasi lutũ. Quid enĩ superbit terra et cinis. Vñ Chrysostom9: Vana ẽ nobilitas carnis infructuosa et pudorosa atq; nociua: nisi comitetur virt9. Et boeti9 q̃ inqt inane et q̃ fictile

le nobilitatis nomē: q̄s nō videat? Quare splē didū te: si tuā nō habe as aliena claritudo nō efficit Et apulei⁹ i ho noribus inquit asseque dis: noli aliena appete re. Aliena voco que pa rentes peperunt: cū ri diculosa iactātia sit: de alieno gloriari Et poe ta Petrarcha laurea tus ait Sicut postero rum macule parētibus non obsunt. sic nec ma iorum splendor descen dentes illustrat. Unde ad quēdā dicebat Mal lem p teipsum alijs: q̄ tu p alios noscereris Et subdit quia mira res est id videri cupere: quod non sunt Fures: adulte ri. tenebras querunt: so la hec vana et falsa no bilitas: licet viciis ob tenebrata: lucē querit: agnosci appetit. cui sa num esset concilium ne sciri. Qui ergo veri no biles esse cupiūt: ali q̄d agāt vt sint nobiles. q̄ꝫ ꝛ maiores sui nisi aliq̄d preclarū egissent: nūq̄ꝫ nobiles fuissent. Demū vt Hieronimus ait. Ni chil aliud video in ge neris nobilitate appe tendum: nisi q̄ appella ti nobiles quadā necef sitare constringunt: ne a ꝓgenitorum ꝓbitate degenerent. Quis ta men videt plurimos fi lios a suorum claritate degenerasse? Quippe: qui quanto patres fue re clariores: tanto ipsi euasere obscuriores. vt tot labores fili pepti. videantur in sectandis viciis. quot partes eoꝝ insectādis virtutibus. Tot deniq̄ꝫ studia / soler tias. filii in perdēda no bilitate īpendant: quot illi in acquirēda habue re. idq̄ꝫ vt quidā sapiēs ait: in Affricani filio li bet intueri: qui licet ex patre clarissimo geni tus: plurimis viciis so

duit. et si nobilitas per manus tradi potuisset: clarissimum illum Affricanus pater effecisset. Verum illum pater potuit amare: sed non potuit illustrare hereditatemq; vniuersam locupletem que sua erat. ei in testamento reliquit claritudinem dimisisse nō valuit. Que res aptissime pbat. q2 aut nobilitas ipsa nichil omnino erat aut pater qui omnia reliquit: eam in bonis suis nō habebat. Falso igitur asseueraī nobilitatem a parentibus suscepisse: quā ipsi habenter dimisissent: si valuissent aut habuissent. Omnis successio etiam vilissimarū rerū: iuditio testatoris accipiī. sola nobilitas sua voluntate nō transmittitur. O quot patres infinitā sue lucis eclipsim in filiis patiuntur vt verum sit quod scribitur quia dant maculā glorie parentum. Demum quātum discrimini. quātum periculo proximus sit. inconstanti et volubili rei animū dare: nemo est qui nesciat. Volubilis enim atq; inconstans est hec nobilitas et omni mobilitate mobilior. Qui enim heri arabat: hodie militat. et qui heri per vrbes medias aureis habenis superbus incedere. populosq; regere solebat. hodie per squalentē campum pigros boues paruo pugione solicitat. Seruorum filios in solio sepe vidimus: et filios regum in ergastulis sent. Quid ergo instabilius quod variabilius. quare nobilitatis assentatoribus minime assentiendum puto. Aiunt enim pro eo eamipsam ingenuitatē/magni fore precii. et quia naturaliter hominibus inest, Ego

nobilitas a parentibus transferri nō potest.

nobilitatis īcōstantia.

nobilitas naturaliter hoībꝰ nō inest.

vero non satis video q̄ pacto verum dixerint: quod ex eo Primo patet. quia tūc omnes homines nobiles essent. Adde: quia ea vere naturalia sunt: que semp̄ & vbiq; insunt (vt Philosopho placuit) Nobilitas vero tam volubilis est: vt mulier que heri clara fuit: hodie sine eius culpa: immo recte et sancte agens: si plebeo nupserit ignobilis efficiatur. Et idem in eo qui propter delictū nobilitatem perdit. Quo fiet vt aliqua tēporis parte: infelix homo sit nobilis: et alia ignobilis. et e vestigio. Rursus nec omni loco nobilitas inest Sarracenus em̄ nobilis a nobis captus: pculdubio ignobilis erit: quia seruus effectus Et simili modo: si catholicus ab infidelibus capiatur. Deniq; idipsum & in militeconspicimus. Non enim militia vbiq; & vniformiter nobilitatē efficit. Naʒ cū de equestri dignitate: leges & ciuilia iura loquūtur: solū milites vrbis Rome nobiles appellat. Habēt deniq; nobiles quedaʒ peculiaria: sibiq; naturalia. forte dixerim ide libilia vicia. Ad que te ste philosopho in rhetoricis: q̄ꝫ maxime natura ipsa inclinat: ipsi tā actualiter operantur. Primo quidē Nobiles plurimū sunt honoris appetitiui & ambitiosi. Est em̄ (vt Aristoteles ait) natale hoīes accumulare velle ad id qđ hn̄t q̄re dū ditari icipiunt: idies volūt fieri ditiores. & q̄ honorāt: cupiūt effici honorabiliores. Nobiles vero cuʒ ex eoꝝ gn̄e honorabiles videant: idcirco poptant accumulare ad ea que habent, conan-

nobilium q̄dam vicia.

turque fieri honorabilius res. Quo fit ut nimium honoris et potentie sint appetitiui veluti ad id proximiores. Secundo vituperabile ad modum vitium et monstro simile: nobiles ipsi naturaliter amplectunt. Sunt enim eodem Philosopho teste: adeo elati ut etiam progenitorum sint ut plurimum despectores. Cuius ea ratio putatur: quoniam se reputant nobiliores atque maiores quam eorum patres quod ideo contingit. quia ut idem Philosophus subdit. semper nobilitas longe facta maior est quam propinqua.

Testis est huius detestandi facinoris nobilis ille Alexander magnus. qui rege Philippo et patre vicijs. nescio si virtutibus maior extitit. De quo Policratus ait. Quia et si pater pluri- mis artibus: orbis imperij consequendi fundamenta iecisset: tantam gloriam filius ferre non valebat. Quinimo tam incontinentissime fuit iuidie paterne glorie ut cum patris: triumphos virtutes preclaraque gesta audiret lachrimas pre dolore extorqueret: easque despiciebat. forte dixerit mi nuebat. ac si paterna virtus omnium a se gestorum gloriam eriperet eos vero qui talia referebant: proprijs plerumque manibus interficiebat aut rapi ad penas iubebat. Rursus parua sunt nobilium vicia que tetigimus: nisi alia eis familiarissima addideris Primo quidem: deum et ecclesiam que illos regenerauit contemnunt: quibus cum nobilitatis iactura ipse comminat inquiens. Qui me contemnunt non erunt nobiles. Secundo nullus est illis plerumque in delin

Alexandri magni in patris laudes inuidia.

quendo pudor: nulla verecundia. Quippe qui falso putant se licentiã peccandi: cum carnis ingenuitate impetrasse. Non attendentes quia iuxta Ambrosium: verecundia exercẽdi turpia ingenuos et claros prodit natales/ inuerecundia vero obscuros reddit. nec aliena virtus a propriis facinoribus excusat. Hinc nobilis ille senator Boetius. Nescio iquit quo pacto ex se obscurum: aliena claritudo clarum reddat. Recte igitur Apuleius tales vocat sordida loca: sole illuminata: aut vmbras deformes. Et subdit: quia hi nobilitatem ipsam / que virtutis instrumentum cõstituta est: vt scutum vel castrum faciunt. quo cũ ea licentius se flagitiis dedant atque defendant. Tertio: ingratitudo et infidelitas plerũque eos comitantur. Ut em̃ inquit Canon. Nõ potest principi esse fidelis: qui deo est infidelis. Si igitur putãtes se nobiles. deum cuius expẽsis viuunt diuersis peccatis offendunt recte ingrati quippe et proditores sunt/ et merito vilissimi plebei cẽsentur. Quarto cum verum nobiscũ nobilem faciat magnanimitas: qua quis bona corporis vt parua contemnit. et magna/ videlicet bona anime appetat nobiles plerũque parua amplectuntur: et magna negligũt. Quinto munifica liberalitas: que maxime nobilibus congruit/ procul est ab eis. Nam cum beatius sit dare q̃ accipere: nobiles in eo se ingenuos et claros fore putant: si ab aliis extorquẽt. si rapiant. interrogat⁹ quidam sapiens a nonnullis nobilibus: que nam

Que nobilitas verior.

foret verior maiorq3 nobilitas. ille indigentib9 inquit müifice dare: cui illi acquieuerüt. Rurs9 sapiens ipse ad eos. dicite inquit versa vice: quam putatis viliorem ignobilitatem? Et illi oppositum inquiüt sententie tue. Cum eñ summa sit nobilitas minifice dare: consequēs erit vt summa sit rusticitas atq3 extrema ignobilitas auferre. Quib9 sapiens. Uerum inquit ꝛ rectum in caput vestrũ iudicium ꝑnunciastis. Cum eñ assiduo a pauperibus sua auferatis: viles et seruiles: sed et ignobiles vos ostenditis. plurima certe destãda sunt vicia nobilibus cõiücta atq3 vnita: que facilius ab eis committuntur q̄3 scriptis q̄bus libet referütur. Et hec paucis verbis Hieronimus explicabat iquiēs Plerüq3 nobilitas carnis: ignobilitatē3 parit mētis. Liquet igitur ex premissis quanta sit hominum vanitas: tanta vanitate vexari: si verũ est quod scriptura ait. Quia in vanitate sua comprehēditur vir. Cõprehenditur inq̄3 homo in sua vanitate: dũ plurimis sese periculis subicit. vt vano: inani atq3 nudo nobilitatis nomine se putet decorari: quod i Deuteronomio scriptura luculenter insinuat inq̄ens. Non est sine periculo qui super re vana nomen assüpsit. Quid eni vanius. q̄d funestius: q̄3 demeritis parentum gloriari q̄ in se sordet? Quid de patrum laude predicari q̄ a suis viciis deturpat? Hinc pulchre Salusti9 in oratione ad Mariũ. Nã cu3 emuli: generis ignobilitatem ei obiecissent: in eos sic iuehit De iure me inquit despt-

ciunt:faciant idem ma
ioribus suis.a qb⁹ vir=
tute ac preclaris gestis
nobilitas cepit.si inui=
dēt honori:inuideant ꝛ
labori.inuideant inno=
cētie:atq̧ piculis meis
Et rursus. Uidete in=
quit q̄ inique cōtēnāt
quod cū sibi ex aliena
virtute arrogāt:id mi=
chi ex me non cōcedūt.
michi noua nobilitas ē
quā vt puto longe san=
ctius est peperisse:q̄ vt
illos acceptā corrupisse
Et iterum subdit. Fa=
teor:immagines nō ha
beo dicere tñ audeo.vi=
ta mea:mores hasta ve
xillum/ꝛ alia militaria
dona. cicatrices deniq̧
et vulnera; illata corpi
meo.Hec sunt mee ima
gines.hec ingenuitas.
non hereditate relicta:
sed laborib⁹:sed pericu
lis meis acquisita.Hec
ille.Hec paucula de no
bilitate:q̄ cū via q̄dam
ad armatā militiā exi=
stat:ne tu fili carissime:
q̄ militie inermi hucus=
q̧ vacasti armatā a te
nondū expertā:tanq̄
virtute carentem omnī
no despicias. Aut ad il
lam veluti summā:glo=
ria ꝛ honore refertā:in
de liberat⁹ aspires.Ex
pediēs fore puto:vt hu
ius militaris status et
vite.primo dulcia ꝛ pro
spera.deinde amara et
afflictiua agnoscas.

¶ Capitulum nonū de armata militia ꝛ exercitio armorū.et de laudibus ꝛ commendatione huius exercitii.ꝛ an vacantes armis sint veri ciues ꝛ ptes ciuitatis.

PLurima ꝛ lauda
ta p̄claraq̧ exer
citia mor
taliū ho
minum adinuenit indu
stria. Sed inter illa om
nia ; nihil armata mili=

tia excellentius nichil preclarius et gloriosius Ea eñ exercitatio: vtilitate/ hoïe ceteris prestat. Per militiã siquidam et armorum exercitium/ respu. quies atq̃ salus queritur ac cõseruatur/ et ab omni hostili vastitate liberaẽ. Cuius exercitii laudes/ vtilitatem primo ipã humana indigẽtia demõstrat et extollit. vt eñ antiqui voluerũt / militia recte manibus cõparaẽ q̃ nature impio parata ẽ ad corpus iuuandum. Sicut enim manus sunt in corpore naturaliter instituite ad repellẽda nociua. ad percutiendaq̃ infestantia. ad attrahenda necessaria. et ad conseruanda alia membra corporũ/ illaq̃ augẽda. sic milites ad ista cõficienda in remp. pernecessarii existunt. Unde Ualerius de necessitate ac pfectu militie ait

Militia manibus cõparaẽ.

Disciplina militaris acriter retẽta/ principatum italie romano imperio peperit/ multarũ vrbium/ multorum regnorum validissimarũ gentium/ regimẽ largita ẽ. ¶ Preterea sũt alie institutionis eius cause/ ortus atq̃ necessaria principia: que illius necessitatem preclare ostẽdũt Est enim homo ipse imbecilis atq̃ natura infirmus / sibiipsi nequaq̃ sufficiens. itaq̃ societate et conuentu hoïbus opus est/ vt quod seorsum agentibus / singulis desit/ id per mutuã opẽ de multitudine sociã nãciscaẽ. Hũc cetũ Phũs in Politicis ciuitatẽ vocat/ cuius (vt Hypodanius scripsit) tres cẽsuit ptes fore necessarias. Primã qdã agricolarum. Scdam/ artificũ. Tertiã/ p pulsatorum belli et arma tenentiũ. Qui ergo tã pclarum

Militie necessitas.

Tres ciuitatis ptes.

militie z armorū ipsitū cernit: nusq̄ taz isigne exercitium damnalit. Nec eni agriculatores sed nec artifices in ciuitate prestabūt/ absq̄ ꝓ pulsatoribus belli quorum opera/ salus ciuitatis/ cuncti deniq̄ stat⁹ et ipsa sacra tuta sunt. Plato etiā i his quos de repu. scripsit libris/ cum ceteros status i ciuitate instituisset vnum necessarium genus hominū longe ceteris antepofuit/ q̄ arma tenerēt/ ciuesq̄ alios ab hostibus defenderent: qb⁹ mirifica priuilegia tribuit/ honoreq̄ et dignitate ceteros voluit antecellere. Quodq̄ si minime honorātur/ pauci fortes reperiunt. Nam iuxta sententiā Aristotelis. Apud illos inueniuntur fortes milites et tirones: apd q̄s fortissimi quiq̄ honorant. Et Cicero, iacent semper: z parum vigēt, qui apud quosdam nō decorātur. Ea ergo resp. tirannidē sapit: q̄ fortes aut sapientes minime honorat, quis enim clarissimos milites cūctis nō anteponet: quoꝝ pietas in patriaz studiosa est: z mors ꝓ illius salute sepe ab eis offertur. Hinc Bruti/ publicole gramilli/ scipiones celebrantur. Si em̄ milites in rep. deessēt/ virgines passim raperentur, matresfamilias ad libidinem traherent: sacra simul z ꝓphana polluerētur. Tandēq̄ cūcta cedibus z incendiis/ misera quadā cōdicione miscerent. Et tandē quicquid prauis hoib⁹ liberet: id innoxios atq̄ innocētes pati oporteret. Has vite militaris vtilitatis z bellice. Aristoteles conspiciens in septimo Politicorum ait. Quod merito dellicis

artibus vacātes: ꝓprie sunt partes ciuitatis: ꝛ eos veros ciues appellat. Subdit enim quot predicti bellici hoīnes. Item consiliatiui: iudicatiui: ac etiā sacerdotes: sunt vere ptes ciuitatis. Mercatores vero inquātū tales ꝛ agricole ac artifices. Mechanici ꝛ mercennarii: quātūcūqꝫ sint diues: licet necessarii sint in ciuitate: non tamē sūt vere ptes nec ciues illius Cuius ratio est secūdū eundē Phūm. quia potissima causa ꝛ ratio: q̄re qs est ciuis aut pars ciuitatis querenda est ex ratione totius ciuitatis. Et ratio toti⁹ ciuitatis querenda est ex fine: ad quē tēdit om̄is bene ordinata politica que est felicitas: velut finis totius reipu. Constat enim impossibile esse: felicitatem sine virtute existere: q̄ est principiū eius. Itaqꝫ non facit ciuitatem. neqꝫ eam cōstituit: plurimos in ea simul viuere: sed debet esse cōmunicatio bonaꝝ actionū ad finē bene et virtuose viuendi. Nec etiam constituit ciuitatem vt adinuicē viuāt. nec iniustum sibi faciāt. sꝫ nec ciuitas noscitur instituta gratia mercature: aut cōmutationū licet sint necessarie: sed est instituta gr̄a bene viuendi per se ꝛ sufficienter. Quo fit/ vt partes ciuitatis ꝛ cuiuslibet rei publice: determinentur ex virtute: que est operatio hominis virtuosa ꝛ perfecta. Manifestū est autem mercatores. agricolas. et mechanicas artes dicentes: non proprie esse ciues. neqꝫ per se sufficienter fore partes ciuitatis. quia vita eorum admodum vilis ꝛ abiecta est/ cum non ad virtutē dirigit

Sacerdotes vere partes ciuitatꝭ

Finis rei publice est virtuose viuerē. et hec felicitas politica.

aut ordinat homines. sed principalius ad lucrum & questũ proprium immo contraria est virtuti. que fundata est in honesto. mercatura vero et cetere mechanice fundantur in utili. Preterea veris ciuibus et partibus ciuitatis: necessaria est vacatio ab operationibus vilibus & oportet aliquando intendere actibus intellectualibus. et talibus operationibus que generant virtutem. quod facere non possunt mercatores. agricole & artifices: qui omnino sunt deditti artibus suis. Sacerdotes vero secundũ eundẽ philosophum. ac cõsiliatiui bellici & iudicatiui: vere sũt ptes ciuitatis: q2 nõ essent tales nisi in eis ess3 prudẽtia politica. Nam exẽpli gratia. In bellicis hominibus est prudẽtia per quã quis est aggressiuus terribilium: qñ et quomõ expedit. Nam dicit Phũs in secundo Politicoꝝ. q vita militaris multas hab3 ptes virtutis. & sic de consiliatiuis & iudicatiuis ac de sacerdotib9. quia determinant de virtute. ideo sunt vere ptes ciuitatis. ¶ Rursus inuestigandũ est de noie militis. Nomen itaq3 militie quidã ideo appellãt q a malo arcere solet: quasi a malo arcẽdo dictos. q malũ arceant a ciuitate. Alii vero nomen militis grecum dicunt: q duriciam significat: quasi eos nõ molles esse conueniat. Nõ nulli tamẽ a mille numero militem dictum putant: quasi ex mille electus. Ex omi igitur militie nomine: atq3 pricipiis causis & effectibus facile cognoscit: quãte glorie & excellẽtie sit militie vacare. Taceo de

Nõq re sacerdotes sit ptes ciuitatis.

Militie nomẽ vñ dicatu.

dignitatibus: de honoribus tam excellentis exercitii: q̄ taȝ ingētes tanq̄ perinsignes existunt: vt eius virtute: sepe acq̄sita regna: cōparata culminū impia videamus. Quo fit vt omnis generosus animus merito ad eā aspirare debeat. Demū vero milites gratissimum deo holocaustū offerre possunt. et in eodē exercitio beati: saluiq̄ fieri valebunt. Unde Augustinus ad Bonifacium Noli (inquaȝ) extimare neminē deo placere posse: qui militarib⁹ armis ministrat. In his erat sanct⁹ Dauid: cui dn̄s tā magnū p̄buit testimoniuȝ. In his plurimi illius temporis iusti fuere. In his erat ille Centurio: qui domino dixit. Non sum dignus vt intres sub tectum meum. Et iterum: Gregorius summā ait esse militie laudem. si quicquid imperatur vtiliter: ei obtēperatur. Adeo bellādi officium sine culpa est: vt etiam sub rege sacrilego ⁊ pagano militare recte possit quicūq̄ catholicus: si tamen non sit contra diuinum mādatum id quod p̄cipitur vel vtrū sit. certum non est: vt diffusus contra manicheos Augustin⁹ deducit. Hinc igitur amici: et cōtribules pluribus ad me verbis referebāt: vt militie armisq̄ exercitio operam darem. Addebant quoniam p̄genitores ⁊ sanguine coniunc tos hāc viuendi conditionem secutus non ignorabam.

Milites beati posse.

¶ Capitulum. x. de militie laboribus / oneribus atq̄ incōmodis eiusdē vite militaris ac exercicii armorū. Et de periculis huius status. ⁊ de causis quibus hoc exercitium diffugadetur.

A Surgit mater non pigra his auditis: ꝛ vite huiꝰ militaris ꝛ armoꝝ exercitii damna: incomoda atq̃ pericula / acsi armis ipsis experta: eisq̃ rebꝰ trista fuisset: his suasionibus recolebat: Militie sectatores ac arma tenentes qd militie / quod armoꝝ officium sit: ac quid sua pfessio postulat animo gerere ꝛ pensare debent. Siquidem miles primo sacramẽti atq̃ pfessionis: sibi maximum onus incumbere videbit / vt rempub. tueatur / iiurias arceat Et cum apostolo cōtẽtus stipendiis suis. neminem concutiat, Hec est eiꝰ pfessio. hoc officiuꝫ. q̄ si ab eo recte geruntur / magna sunt laude et gloria digna. Si vero ea non gesserit miles / proculdubio dedecorat illa omnia. q̄ sunt vel officio militis / vel eius professioni connexa. Cum igitur tutãdi (vt dixi) officium militꝫ sit: nichil tam turpe: nil tam intolerabile nil tã perniciosum: quam si ipse / qui defensionis nomen habet: vim atq̃ iniuriam afferat ciuibus vt vnde salus expectatur inde ꝛ scelus nascatur. A ceteris nãq̃ hominibus illate aduersus ciues iniurie detestabiles admodum sũt: a milite vero si inferantur: scelerata impia atq̃ funesta sacrilegia sũt et vt paucis videatur / quantum nefas sit pauperes a militibus impugnari. Hinc intelligi debet: quia si inopes debilesq̃ miles ipse despiciat: nec aliis impugnantibus resistat: merito proditionis nomen incurrit. Quis enim dubitat / quin proditor flagi

Iuramẽtũ militꝫ ꝛ officium.

Milites in

curian tes pditoribus siles.

ciosus ille sit / qui rem custodie fideiq̧ sue cōmissam hostibus patefecit, aut verius ipse disrupit. Milites ergo ciuium inopūq̧ custodes non solū officio sed fide sed sacramento sed vi atq̧ natura pfessionis ad hoc vnū agendum: principaliter cōstituti noscunt Si ergo pauperum ciuiūq̧ tutamen pretermittūt: quos potius ipsi sacrilego expilant conatu. summa p culdubio pditio existimanda est. sed tanto insignius facinus erit: si perse ciues impugnent que oīa an a militibus armigerisq̧ nostri tpis obseruētur: facile libet agnoscere. Equidem versum est ad cōtraria modernorū studiū militum. Student nāq̧ cui noceant: cui vim ⁊ iniuriam afferant; ⁊ q̄ sunt plane officio suo aduersa: eq̧ exercēt impune

Nec sunt cōtenti militiā dedecorare atq̧ fedare sed perimere eius virtutē naturāq̧ videt. Obliuiscunt siquidem sue pfessionis. Ad id solū tendūt vt satis divitiarū habeant studiū lucrifaciēdi captēt mercaturā deniq̧ exercent que in eis sordida atq̧ deformis ēst: qui nō solum mercādo aut lucri captandi gratia negociādo: quasi quidē apostate a sua religione cēsentur: sed quodāmodo desertores atq̧ transfugevidentur: qz repudiata religione turbe se immiscent ac pecunie que stui intendunt. Taceo sordiora plerūq̧ ab eis experta cōpendia Taceoq̧ locandi publica vectigalia passim eos assumere: ceteraq̧ vilia officia exercere. Taceo in nūdinis tabellarios atq̧ nūmularios inueniēs plerūq̧ cōstitu-

Milites mercatores a potestate.

tos fore quī tā pclarū
exercitiū infamarēt pe
tus deturpare nō verē
tur. adeo vt idigne fal=
soq3 insignia militaria
gestēt. 7 nitorē auri qđ
deferre eoꝝ dignitas iu
bet: sordido questu coī
qnari nō pudet. Quis
igit ad hoc exercitium
aspirabit: in quo nōnisi
nomē omni nudatū af=
fectu pcħdolor reman
sit. Sed hec parua cui
libet intueri videbunt;
si crudeliora qdā3 alia
contemplat. Et in pri=
mis illud Scipiōis oc=
currit qđ militari volē
tibus: dicere solit9 erat
q2 pauca vnicuiq3 mili
tiā desiderāti visa sunt
vite mala: nisi militiam
addiderit: quē iquietū
semp vel inglorium: vel
periculo expulsitū: aut
contemptui deditū esse
oportet. Adde qđ apls
ait. q2 vita nostra mili=
tia est super terrā. Hac
igitur cum nascendo p
fiteamur: quid alia no=
ue militie pfessione op9
est. Nam ibi fortissimū
corpus ferro armatur/
hic animus ptra dolos
linguā versutias 7 frau
des pmuniri debet: Ne
scio igit qđ armari ex=
terius iuuat: cu3 intus
in anima bellū sit. Nec
illud diffiteor: q2 pluri=
mos militia ad amplas
opes: sed 7 ad summos
honoris st atus pueħit
S3 nisi fallor lōge plu=
res ad inopiam: ad car
ceres ad seruitutē/ ad
violentā subitāq3 mor=
tem eodē tramite per=
ueniunt. Nā vt laurea
tus inquit poeta; Ex q
quis profiteri militiam
animum habuit: nisi de
honestare arma volue=
rit: semp animam in ma
nu parturā habeat ne=
cesse est. Corpus vero
nō dicā in periculo esse
sed ipsum quoq3 pericu
lum in corpore. Semp
enim aures militia (vt

Vegetius ait) vox illa regia intonat. disce ferire: intrepide mori Et rursus breue sed horrendum militi prouerbiū est vel occides vel occideris. in hoc omne preclarum genus militie versatur. Adde rursus ad disuasionē huius vite militaris: que supra tetigimus in. viii. capitulo cum de nobilitate egimus. Has igitur pie matris iuictas rōnes cōtemplās: a secularium militie amorū= que exercitio alienū me reddere cepi. Sed illico affinium amicorūque turba carne et sanguine (vt arbitror) reuelantibus: ad reliquū militandi genus inermē: acerbe grauiterque vrgere visi sunt. Cum enim (vt dicebāt) magnā etatis partem circa humani iuris disciplinā expenderim: congruum quinimo debitum videbatur: vt quod in theorica profecerim ad praxim deducerem: que studio ipso attingeram: iam mundus ipse conspiciat. Dicebant enim quod habens experientiam / seu operationē (vt philosophus inquit) etiam sine arte magis magis laudatur ; etiam proficit in operando: quam habens artes sine experientia. Vt igitur in ea vel alia viuendi arte vtilius agerem necesse erat vxorem ducere: que firmat homines in vno quoque viuēdi modo: et discurrendi per orbem occasiones tollit. [illegible] are ad eā cōiugalem vitā infra scriptis persuasionibus cōmouebant.

Militis prouerbium

¶ Capitulum. xi. de vita et statu coniugali in sancto et immaculato matrimonio. et de necessitate: vtilitate: laudibus et prerogatiuis vite coniugalis super alia viuendi genera.

VIde ꝯiugalis status: quã sanct⁹ quã imaculatus atq; necessarius existat nemo est qui nesciat: nisi q̄ se hominẽ ac ex viro ⁊ femina natũ ignorat. Hic vite innocẽtissime status precipue iuuenibus admodũ expedit: ne alienis illicitisq; libidinibus misceant̄: ⁊ bonis castisq; coniugii fructibus perfruant̄. Hic status cõiugalis necessarius fuit ad cõuersationem speciei humane nam tribus euidentissimis et necessariis causis fuit institutus. Primo ꝑpter plis generationẽ vt habeat esse naturale: itẽ vt possit nociuis obuiare: rursus vt habeat esse vigoratum: vt possit proles subsistere: ⁊ tandẽ valeat sibi similem generare. Secũdo ꝑpter concupiscentie refrenationem: Tercio ꝑpter viri glorificationem. quia (vt inquit apostolus) mulier ē gloria viri: q2 de⁹ dedit hoi adiutorium feminam: non ad carnalem cõcupiscentiam: sed vt haberet gloriam de femina: cum eum imitat̄ in sanctitate: ⁊ plem ex ea generet que gloriam deo prestet. ⁊ sit ad gloriam viri qui gloriat̄ et quodammõ ꝑpetuatur in filio: q̄ est ei⁹ imago. Ex quibus facile agnoscit̄ q2 hec beata cõiugalis vita pro aliquo tẽpore magis expediens et necessaria videt̄: quã continentia siue virginitas/ et ideo preeligẽda que res agit: vt eo euentu longe melius sit. vacare cõiugali copule quã continentie videlicz eo tempore quo multiplicatio generis humani per necessaria fuit: vt cõpleret̄ numerus ele-

Tres cause institutionis matrimonii

ctorum quemadmoduz in simili videre libet. Nam teste philosopho in topicis philosophari simpliciter melius est q̃ ditari. Verũtñ indigenti necessariis: meli⁹ est ditari quam philosophari. z p tempore illo preeligendũ ẽm Tho. Rursus ad hanc coniugalem vitã plurima z p̃sertim tria inducere et inclinare homines vidẽtur. scilz natura recta ratio et grati. Natura quidẽ: qz pter plem z naturalẽ auiditatẽ: cõseruandi speciem z perpetuandi seip̃m p filios Demũ recta ratio que inclinat cõiunx ad seruandum fidem coniugi deniq̃ gratia videlicet sacramenti. Hanc igit viuendi formam beatã z gloriosam fore nullus sane mentis ignorat. Cuius stat⁹ necessitas vtilitas z sanctimonia ex m̃rtis colligi possũt.

Tria i ducũt nos ad matrimoniũ

sed p̃cipue ex decẽ eius dem stat⁹ excellssis laudibus z mirificis preconiis. Prima igit ei⁹ excellentia instituẽtis est excelsa auctoritas. nec em̃ istum sanctissimum ordinem aut Augusti. aut Hiero. aut monachorum pater Benedictus sz deus ipse ore facto q̃ instituit Seccundum p̃coniũ ex loci prerogatiua pendet: cũ in paradiso istitutũ recta fide credamus paradiso inq̃ terreno z celesti qz vt sãcti tractatores aiũt. misso sopore Adã raptus est in spiritu et (vt aiũt) curie celesti interfuisse credit. ibiq̃ virtutes tanti sacramenti plene cognouit. Deniq̃ tertia dignitas erat videlicet institutionis ei⁹ antiq̃tas. Quarta excellentia est vnitas duorum in vno corpore qz scriptum est. Erũt duo i carne vna. Quita tẽ-

Decẽ matrimonii dignitates.

Benedictus monachorũ pater.

poris excellentia qꝫ in statu innocētie: qñ nec peccati queuis rubigo ꝑnitiū sumpserat. Sexta. dignitas ex eo colligitur. ꝙ hunc solū ordinē tanꝙ immaculatū deus ipse saluū fecit in dignatiōis atqꝫ diluuij tempore: quo fornicatores oēs vtriusqꝫ sexus eterna aquarum voragine deleuit. Septims gloriosam virginē deus delegit hunc ordinem assumere: ꝙꝙ virginitatem voluisset: matrimonij verum sacramē tū nō respuit. Nec par uum videtur ꝑconum matrimonij: eum dei filius tāꝫ diu distulit carnem suscipere humanā quousqꝫ ꝟgo beata sub matrimonio foret legitime ꝯstituta. Octaua dignitas cōiugalis ex eo constat/ ꝙ xp̄s hoc matrimonij sacramētū nō mō sua p̄ntia: sꝫ miraclo illustrat, vt iohā nes refert euangelista. Nona excellentia ptꝫ. qꝫ ex eo vniuersa fit ꝑpagatio humani generis. Quinimo (vt iquit Hieronimus cōtra Uigilantiuꝫ) si virginitas laudatꝫ cur matrimonij um nō vehemēter amatur: ex q̄bus virgines ꝑcreantꝫ. Decimū aliud matrimonij ꝑconū non inferius aliis amnibus videtur. qꝫ carnis copula que sigñe illa mortalem generat culpam eius virtute nedū a peccato immunis quinimo plerūqꝫ meritoria efficitur. Adde: qꝫ matrimonium non solū munduꝫ sed paradisū replet (vt inquit Ambrosius) per quod scelera pene infinita/ incestus/ multa deniqꝫ scelera vitantꝫ/ ꝛ ingentia bona querūtur: Ex his igitur attinentes: me ad coniugalem vitam cogere quodam modo conabantur.

Capitulum.xii. de oneribus e incommodis. & laboribus plurimis vite coniugalis. & de causis propter quas nō expedit vxorem ducere:

Fluctuabat vbiq3 animus sed ad me reuers9 pie matris consilium petiturus accessi an igitur vxorem ducerem consulebam. illa vero que(vt sepe postea retulit)diuturnas p me lacrimas & vota sua altissimo dederat: vt i suam me sortem traheret: tamē rabida quedam leena longe contrarium suadebat. quinimo ne incautus tam imminēs naufragium subirem pie rogabat: atq3 seuere commonebat Dicebat enī/ mariti nomen licet dulce/plurimis tamen erūnis fore refertū: Quis enim(inquit)onera matrimonii facile ferre potest? Quis quarundam vxorum insolentias? Quis pompas? que(si pauperes sunt) facile ab hominib9 contemnuntur. Si diuites dotes eas tumidas: genus insolem res/forma vero suspectas reddit. deformitas quoq3 reddit inuisas. Quarū lingua(vt Pluthar. voluit)nil perniciosius: quarum audacia: nil prodigiosius: quarū improbitate nil inexquabilius cogitari potest: que iurgiis & contentionibus obtuudunt viros Semper enī cōquerūt: semp exprobāt: semp insidiātur. Et(vt Cato dicebat)q̄s cōiūx diligit/illa odit. Eis enī cū cetera desunt nūq̄ tñ lacrime/gemitus/atq3 suspiria vt fastis suis fiat satis ornamētorū vero ābitione adeo ardent vt cunctas opes labefactent miserosq3 cogunt

maritos/ in questus/ in dira pdire scelera. Et q periculosius est oim: qui vxorem duxit: cum apostolo que mūdi sunt cogitat: et effeminatos virorum animos: et ab omni speculatione red dunt penitus alienos: Taceo tandē q in maritos fraudes exercēt: q simulationes/ q prodittiones: q plerūq sup positos ptus quot mē= titas enutritiōes quot alieni semis susceptas messes. Et vt facete et per pulchre quidam sa piens dicebat z ridiculum magis est. lugent postea innocentes mariti. has sibi extinctas vxores laudant: predicant in vrbib9 quasi pu dicas/ quarum impudicitia corda eorum vulnerantur. Coguntur q honoris non perdendi gratia recte mentiri. Quod si dotem amplā quis cum vxore assequi

Cause super= bie vxoris forma dos.

tur: tāto superbior efficitur. Quo certe superbie stimuli sunt cuiuslibet vxoris: forma z dos Mulier enim bene dotata mariti dña: vxor non est: nil sibi illicitum putat: q̄ suas opes quotidie mariti comparat egestati: et q̄ a viro pascitur: dominam se putat non sociam. Unde recte dicebat quidā sapiēs: quia vnde dos ingreditur: inde libertas īde verecūdia/ īde obedientia egredit. Ligurgus enim recte leges fecit: vt mulieres indotate nuberent: ne pecunie poti9 quam vxores eligerentur. At si pauperem quis vxorem ducit nō vnius diei/ sed totius vite hospitem forte hostem cōparat. Et vt paucis multa comprehendam: qui vxorē ducit cum apostolo cogitat que mundi sunt. z quomodo vxori cōpla=

ceat cui duz qs placet: sibi atqz aliis displiceat inutilisqz sit/ oportet. Econtra q̄ sine vxore ē aptior efficitur ad ea q̄ dei sunt. Unde Augustinus cum in soliloq̄is non tam sibi quam nobis loqueretur. Nichil enim (inquit) sentio quod magis deiiciat animuz virilem quā blandimenta femine corporūqz ille contactus: sine quo vxor haberi non potest Hinc Hugo de sancto Victore. Non est vxor ducēda viro sapienti et litteris dedito. Primo: quia studiū sapiētie impedit: nec potest quis libris ꝛ vxori pariter seruire. Demū multa sunt que matronarum vsib⁹ necessaria sunt Alteri⁹ enim amorem suum suspicatur odiū. Rursus attende ꝙ nulla est vxoris electio: sed q̄lis aduenerit talis est ducēda si iracūda: si fatua: si deformis/ si superba/ si fetida/ cuiuscūqz vitii est: post nuptias discimus equus/ asinus/ canis/ et vilissima mācipia prius probantur. Et iterum idem Hugo. Nō est q̄e ta vita hominis: quā inquietat vxoris suspicio solicitat ancillarū sumptus: conturbat filiorū puersitas Qui igit̄ prudens est: vitabit ea oia prompta pericula: q̄ ex nuptialiū vita prouenire solent. Et licet fatēduz sit (teste Augustino) ꝙ actus cōiugalis bonus sit: continentia tamen melior. Habet em̄ stat⁹ continentium supra statum cōiugalem sex coronas preeminentie. Primo quia continens habet maiorem dignitatem. ꝑ eo ꝙ per cōtinētiam homines assimilātur angelis. Secundo maiorem puritatē. trahitur em̄ spūs per actū coniugalem ad immun

Vxor literꝫ dedito ducenda nō est.

Cōtinētie sex corone ꝑemi/nētie.

ditiam carnis: et efficit quasi caro. Tertio habet maiorem libertatem quia vir nō habet potestatem sui corporis: sed vxor. et econuerso secundum apostolum. Quarto habet maiorē vtilitatem: quia qui vxorē habet solicit⁹ erit quomodo placeat vxori. quare diuisus est. Quinto habet maiorē sanctitatem: quia coniugati tribulationem carnis habent: et ipulsionem maiorem/ quam non cōiugati. Sexto habent maiorem vtilitatē quia maius premiū et maior fructus sibi debetur. Merito igitur sapiens vir continentium sanctissimum statum preelegit. Que oīa attendentes sapientes: ac humani iuris interpretes nō insulce coniugio carnali spirituale ꝯnubium pretulere: vt videre libet in statu continentiū/ et eorum qui in ordine ecclesiastico in hac terrena vita militant: vt tandē in supnis triumphent. Sicut enim idipsum spirituale coniugium non solū dignius esse quam carnale: sed hōrabilius atqꝫ fecūdi⁹/ sed et securius et forti⁹. His itaqꝫ auditꝭ q̇ppe a mr̄e presertim cū fletib⁹ expositis/ decreui a coniugio paulisꝑ subsistere. Verꝫ attinēres et amici si pro tūc matrimonii onera subire nō placebat: ad publica me saltem trāsferem officia. Et presertim ad iudicādū ꝑplos presidēdum vrbib⁹: his suasionib⁹ cōmonebāt.

¶ Capitulū. xiii: de magistratu iudicum. et de officio et munere iudicādi populos et presidendi ciuitatibus/ et de laudibus huiusmodi officiorum et commēdatione talis exercitii.

P Refectū re atq; iudicandi mun⁹: q̄ necessa= riuȝ vite humane/ q̄ excellēs et. p̄claꝝ sit exercitiū/ et a cūctis mortalib⁹ ho= nori habitū nemo est q̇ nesciat/ nisi q̇ legib⁹ su biici recusat aut alienis iacturis ditari ꝑoptat/ vt em̄ Hieronȳ. ait/ nisi prim⁹ hō ymaginē dei i se peccādo violasset/ ne quaq̄ hō hoi subiectus esset/ neq; alius aliū iudi casset. fuisset ei' sibi vnus quisq; iudex. Nā a prin cipio nō dixit de⁹ hoi vt p̄sit hoib⁹/ sed dn̄amini inq̇t piscib⁹ maris/ ꝛ vo latilibus celi ac bestiis terre. postq̄ vero pctm̄ inter hoies inualuit/ iur= gia rixe/ bella/ ꝛ semina ria discordie crescer̄ ce perunt. Fuit igit̄ neces sariū ad comprimendū iniquorum cupidines ꝛ violentias/ vt diuina ꝓ uidētia homo hoies iu= dicare possit/ vt quos nat̄a ipsa aut amor ad bonum nō prouocat sal tem timor hois coher= ceat. Et hoc est qd ali= bi ad eundem sensum. Augusti. ait. quia cum populi m̄ltitudo ab his qui maiores sunt oppri meretur/ expediens ad modū fuit ad aliquē cō fugere virtute ꝛ aucto= ritate p̄stantem/ q̇ in= iurias cohiberet/ ꝛ sum ma infimis pari equita te coequaret. legumq; transgressores puniret qui apud quosdā mg̃ra tus. apd alios p̄sides. alibi p̄tores/ siue ptāte Cōsus vero iudices a iudicādo appellati sūt. hi apud gentiles pluri= muȝ honorabāt̄. de qui bus Valeri. ait. quia Appollo requisitus de iustis magistratibus/ respondit se nescire. v= trū deorum numero/ an

hominum aggregari deberet. adeo ei hoc exercitium illustre apud eos fuit: vt illud omni potentatui preferret. quid enim teste Cicero. preclarius/ dignius que inter mortales exercitium excogitari potest: quam vnum hoiem in rep. repiri: qui cõmuni vtilitati seruiat: qui communia pro suis: sua pro communibus habeat. quam velit et sciat personam ciuitatis gerere: dignitatem: decus sustinere: leges que obseruare. iura tueri atque exequi: et postremo cuncta que ad rem p. pertinent: fidei sue commissa meminisse: Magistratus siquidem atque ius dicendi potestatem habentes: non modo terrenorum principum aut populorum sed immortalis dei autoritate et vice funguntur. Est enim latissima eorum potestas et iurisdictio: veluti qui vite simul et necis hominum domini penitus cõstituti sunt. Hinc Apostolus dicebat. qui me iudicat dominus est. Hi ergo iudices atque prouinciarum potestates/ atque rectores: cum recte agunt: deo pariter et hoibus acceptissimi sunt. Scriptum est enim Beati qui iudicium faciunt et iusticiam in omni tempore Et iterum per sapientem Qui custodit et iudicat iusticiam: ipse exaltabitur. Nec modo in eterna vita eorum exaltatio erit: sed in hoc seculo sublimantur. De quo per eundem sapientem dicitur. iusticia eleua egentem. Unde et noster isidorus magna est inquit laus recte iudicantis. qui sicut nocere ciuibus nescit: ita prodesse oibus nouit aliis enim prestat censuram iusticie. alios bonitate iudicii sine personarum receptione suscipit. non infirmat iusticiam auaricie flamma: nec studet auferre alteri quod cupiat, Et

subdit. Hi sunt veri iu=
dices. qui sicut de iusto
iudicio ditari non appe
tunt. sic eterno premio
coronant. Demū vero
iudices si locupletes fie
ri peroptant: id ꝙ faci
le eis fit: nemo ambigit
Nā qui ciuili auctorita
te ꝛ potestatu funguntur:
paruo temporis cōpen
dio longas consueuere
congregare diuitias.

¶ Capitulum. xiiii. de
oneribꝰ et laboribus et
incōmodis ꝑfecture: et
iudicature ꝛ presidētie
in populis. ꝛ de piculis
huiusmodi exercitii.

SEd post hu=
ius exercitii
laudes: vide
licet iudicā=
di et presidē
di honorē tantoꝑe com
mendatum: ilico mater
bona illiꝰ status premē
tia onera: atqꝫ aperta
pericľa enarrabat, que
tot sunt vt vix enarra=
ri queant. in primisqꝫ ve
niebat in mentē qđ scri
ptū sepe audierat. No
li fieri iudex: nisi virtu=
te valeas rūpere iniqui
tatem. Qui se igitur ta
lem extimat / vanus est
aut temerarius. deniqꝫ
inter cetera: quattuor
pericula iudicantem co
mitantur que oīa vel al
terum vitare difficulter
quisqꝫ mortaliū potest.
Primū siquidē piculū
ex eo maxime imminet
quia plerumqꝫ ex causa
rum multitudine / defe=
ctus accidit solicite di=
scussionis. qđ itaqꝫ peri
culum cauens beatus
iob: dicebat Causā quā
nesciebam: diligentissi=
me inuestigabam. Sup
quo Gregorius. Ad p
ferendas sententias vi
deamꝰ ne vnqꝫ precipi=
tes simus. ne temere in
discussa iudicemus: et
qlibet audita mala sta=
tim moueant. Secūdū

Iudi=
cū qtuor
or pi=
cula.

iudicis periculum sequitur: affectus videlicet atq̧ inordinata passio. que tāto certi⁹ eos comitantur: quanto difficilius ab eo separantur Unde Augustin⁹ quasi ꝑ quodā miraclo narrat. Alpium collegam suū nullo affectu: odio: timore: atq̧ premio iusticiam subuertisse. Tertium: iudicis periculuꝫ paratur ex obliqua intentiōe: aut iniusto animo. Unde scriptum est Quod iustum est: iuste exequaris. quasi dicere velit. Non est satis iudici iusta decernere: sꝫ necesse est si periculum vitare cupit: vt iusta iuste decernat. id ē recto animo agat ea q̄ leges iubent. Narrat siquidem Gregorius quendā sanctum virum vidisse iudicem quem cognouerat in locis teterrimis magno pondere ferri ligatum, a quo cum quereretur quidnā hoc esset. Responsum est: quid eo solo ea patiebat. quia cum iudex esset: siquid pene atq̧ vindicte: etiā secundum leges alicui viuens inferebat plus tamē crudelitatis desiderio: q̄ꝫ publico zelo mouebat. Quartū periculū: iudices cōtinue tēptat/ donorum videlicet ⁊ munerꝫ cupiditas Quis em̄ ille ē: de quo vere dicere possimus. Qui discutit manus suas ab oī munere: hic in excelsis habitabit. Ea siquidē p̄icula tanto iudicib⁹ promotiora sūt: quanto difficilius euitātur. Unde isido. Multi tribunal ascendūt: sꝫ rari iudices inueniunt qui populos legum moderamine regnāt. Et licetera ad hoc vitandū periculum persuasioni de sint: illud petrarche occurrebat. quia iudex ipse populorū: honora=

to quodã exilio damna
tur/ dum ocium domesti
cum cũ externa sollici=
tudine permutatur.
Amarascere ꝛ turbida
iudicū sors est. Habẽt
enim domum nõ modo
muneribus apertā sed
ꝛ litibus: silẽtio vacuã.
querimoniis plenã: iur=
gijsqꝫ refertã. Quicqd
languidũ. quicqd egro
tũ in prouincie seu ciui
tatis visceribus latet/
totum sibi tractandum
curandũqꝫ reseruatur.
Unde Plautus ille co
micus durum admodũ
opus dicebat/ multos
corrigere. quod hic pa
tet/ quia sese corrigant
paucissim. Adde illud
Plutarchi preclarum
exemplum. qui cum iu=
dex eligeret/ renuit di=
cens: quare sic iudica=
bo/ quasi statim ab aliis
iudicandus. nec modo
ab hominibus iudex ip
se iudicat: Quippe in
quẽ totius populi ocli
vertuntur/ sed dutius ꝗ
deo summo oim iudicẽ.
iudicari timet/ dicente
scriptura: iudiciũ duris
simmũ his qui presunt.
Postremo pudor est/ ꝗ
iudicibus ꝛ magistrati=
bus pudor null' sit his
preesse/ quibus subesse
dignius fuerat. Cũ igi=
tur talia docta mater
recoleret/ oẽm iudican
di ambitum manu qua=
dam ab animo erũpere
visa est. Sed dum iudi=
candi tribunalia tant=
opere abhorrerem/ ad
cetera reip. honesta et
publica munera conde
scendere/ ꝛ preferti offi
cium consulum ciuita=
tum/ quos appellamus
rectores cõtribules ipi
his suasionibus horta=
bantur.

¶ Capitulũ. xv. de exer
citio ꝛ officio cõsiliario
rum/ principum/ ꝛ vrbiũ
ꝛ prouinciarũ. ꝛ de vtili=
tate/ laudibus et precõ
niis huiusmodi viuẽdi.

Cõsu lis of= ficiũ.

Magna sẽp reip. consu lẽdi aucto ritas fuit. Consules enim siue cõ siliarii a cõsulẽdo recte dicti sunt: quorum pru= dẽtia respu. regitur. eo rumq; consilio aduersa ciuitatis pellũtur: q̃es eius atq; tranquillitas eorum studio ꝛ idustria comparatur. Est q; ei⁹ generis officiũ ipsuꝫ vt altissimo deo continuũ obsequium ꝛ reip. presi diũ afferat. Unde Au= gustinus de verbis do= mini. Nec vtiq; remp. gerere criminosum est. Sed tunc demum illici tum ẽ: si vt diuitias pri= uatas augeas: rẽp. ad= ministras. vt enim inq̃t Philosophus. Nil tam vtile est ciuitatib⁹ ꝛ re gnis: q̃ studiosorum ha bere consilia. Quorum officiũ (vt ait Tullius) est vtilitatẽ ciuium sic tueri: vt quicquid agãt ad rempu. referãt: obli= ti commodorũ ppriorũ Quid enim est dignus. quid reipu. vtili⁹. quid deo acceptius: q̃ remp. pecataꝫ q̃ etamq; tene= nere: ꝛ cõsilio plerumq; explere: quod armis et multorũ cedibus effici non possit? Nam (vt in quit Tullius) nõ virib⁹ aut velocitatibus: aut celeritate corporis: res magne gerunt: sed cõsi lio ꝛ autoritate ꝛ scien= tia presidentiũ. Consi= liarii eñ rerũ publicaꝝ plus agũt: quam q̃ cor= pora iaculis hostiuꝫ ex ponũt. Similes eñ sũt gubernatorib⁹ in naui: qui longe pl⁹ agunt: na uem dirigẽdo quam ce= teri aut nauigando aut pugnãdo. Unde ꝛ i bel lis parũ possunt arma: vbi nõ est cõsiliũ. vt ait Tuli⁹. Philosophi eñ ꝛ cõsilio vigẽtes: plus ꝯsilio i bello paceq; ege runt: quã armis. Unde

Cõsi= liarii simi= les gu berna torib⁹ inaui.

sapiens ait. Cum dispositione consilii init bellū; et erit salus vbi multa consilia: Alexandrū quidem eo potissimum: tam ingētes victorias obtinuisse legim⁹. quia consiliariis bonis cuncta agebat. vt inquit Trogus pompeius Et ꝑpterea cōsiliarii principum: necnō consules et rectores prouinciarum/ vrbiū/ magno semper honori fuere: ꝛ patres patrie recte ab antiquis appellabantur.

Consiliarii p̄res patrie appellati.

Ad hoc itaqꝫ exercitiū et viuendi formam amici et contribules his et plurimis persuasionibus me trahere moliebantur. Addebant preterea hunc viuendi modum genitorem meum veluti honestum ꝛ sine crimine delegisse. Nec erat inconueniens filium laudata honestaqꝫ patris exercitia ac vestigia imitari.

¶ Capitulum. xvi. de laboribus/ oneribus ꝛ incommodis consulum siue consiliariorum ꝛ rectorum/ vrbium et prouinciarum. ꝛ de periculis huius status.

Sed vir amici verba finierāt q̄ officiū cōsulēdi in ciuitatibus tantopere collaudabāt: ꝛ ecce mat anxia occurrit/ ꝛ plurima nedū onera: sed incomoda ꝛ pericula hui⁹ vite ꝛ exercitii prudētissime recolebat Sed īter cetera id Catonis commemorabat. qm̄ difficillimū est quēpiam sic reip. cōsulere: vt ꝑsit simul ꝛ placeat sed longe difficilius est vt sit ei in verbo veritas: in cōsilio fides: in cōmissis silentiū: in imperando suauitas. ꝛ tādem euētum nō virtus sed fortuna moderabit̄ iterum illud Platonis

Consiliariorū pericula

Hinc pulchre. Tullius ex verbo℞ splendore et dicendi festiuitate suspitio quedā artificiose apparitionis nascit̄: q̄ maxime orationi vim adimit: Et Sene. Nihil tā iniquū quam manifesta verbo℞ p̄reparatio. apparet em̄ subesse/ nescio quid mali. Redeo iaꝫ fili mi ad verba amico℞/ plurima certe adducūt quibus te ad plebeā/ ad fedam/ ad turpemq̄ꝫ vitam ducant. Malūt em̄ (vt aiūt) vilissimis te artibus deturpatum. sed prolem habentē intueri quam egregiis artibus aut nobili viuēdi modo imbutum filiis carentē. Ceca est em̄ (nisi fallor) mens hominum. que p̄lis pariter periture fecunditatem: potius q̄ꝫ virtutis ꝛ vere felicitatis amico poptat. Audi igitur fili mi ne dimittas legem matris tue. ꝛ in primis illud Chrisostomi cordi semꝑ habe. quia omnino iniquū est nobiliora igenia studiis deturpare minoribus. Noui ergo vires intellectus tui. quare (vt cū tuo Seneca loquar) ad aliud te natura edidit: q̄ꝫ vt sis seruus/ cū liber existis. Teste enim phō Artifex artium mechanicarum speciem quandam seruitutis patitur dum intellectu vigēs q̄ liber est: rebus intellectu minoribꝰ seruit Adde quia in eis ipsis artibus doli/ fraudes/ labores/ ꝛ p̄icula non desunt Vn̄ apud Machabeos etiam legitur Omnes artifices/ ꝛ operarii iniquitatis/ contriti sunt Cuius etiā causam scribit sapiēs in prouerbiis Quia opus istabile/ facit impiꝰ artifex. Hinc etiam isaias. Multitudo inquit hominum seducta per speciem operis opus tamen iniqui-

Mechanicis artibꝰ doli et fraudes nō desunt

tatis in manibus eorū. Sed de singulis huiusmodi artibus statim latius dicemus. Nec diffiteor fili mi: quia exercitia ipsa mechanicha necessaria ⁊ vtilia plurimū existant: sed an ideo eligantur considerandū. Cloacarū enim atq latrinarum purgandarū vsus: quarū necessari⁹ quamq vtilis sit: nemo ambigit. Sed an ideo a nobili iuuene ac bone indolis adolescente a docto viro eligenda sint tuipse animaduerte. et iudicent amici/ tuiq censores. Simile videt illud apostoli: quia quedam in nobis membra necessaria sunt. min⁹ tñ honoratiora. Necessarie igr sūt artes mechanice ad politicam socialemq vitam sed non ab oībus necessario exercētur. Unde phūs in. vii. politicoꝝ ait: ꝙ exercētes mechanicas artes nō pprie sunt partes ciuitatis nec ciues: licz sint artes necessarie. pncipaliter cū nō dirigūt ad virtutē q̄ est in finis totius politie bene ordinate. Et hoc est qd pulcre ait sapiens in ecclesiastico qui cū mechanicas artes noīasset: ait. Oēs hii i manibus suis sperauerūt ⁊ vnusquisq in arte sua sapiens est. ⁊ sine his non edificabitur ciuitas: sed nō sedebunt sup sellam iudicis ⁊ testamentū iudicii nō intelligunt: nec palā faciēt disciplinā ⁊ iudiciū sed solū operationi artis vacabant. Hec ille. Que verba apertissime probāt mechonicas artes licet necessarias ciuitatibus: suos tñ sectatores ineptos efficere. nedū ad iudicandum ⁊ presidendum sed ⁊ alios actus politicos et cetera omnia q̄ ingenii consilii aut discipline sunt.

Mechanice artes suos sectatores ineptos

faciūt. mechanice artes exercēde ab his q̄ me li⁹ nesciunt.

Sed de hoc lati⁹ supra tetigimus in.v.ca.hui⁹ libri artes igitur mechanice exercēde sunt tantum ab his/ q̄ aliud melius nō valent. Verꝫ q2 de mechanicis artibus primo sermo adducius est. deinde de liberalibus artib⁹ z mathematicis dicemus. P̄mo de mechanicis sub q̄bus oēs artes ad corpus p̄tinentes cōtinentur.

¶ Quare inuente sunt artes mechanice/ et q̄s illarum sit finis.

mechanice artes q̄re inuēte mechanicarum finis.

Quantū attinet igr ad mecanicas artes dignū est vt a quadam radice cognoscas q̄re ars mechanica inuēta est. et quis sit eius finis z quare sic appellat. z quot numero sint igitur s̄m sentētiā Aristo. z Aug. in suo didascolicon/ causa inuētionis earum fuit: vt natura subuenire z occurreret humanis necessitatibus et defectibus corporalibus Ex quo elicitur finis illarum: oim ergo mechanicaꝝ artium finis est supplementum necessitatū z defectiuū corporaliū. Nam naturaliter nemo carnē suā odio habuit. Uidēs igitur humana ratio multiplicē defectum carnis et corporꝝ humanorum ad occurrendū p̄dictis defectibus: repit (vt solicita) cogitare/ in singulis ꝯuenientia subsidia vt igitur facilius/ meli⁹ z decentius/ valeret natura ipsa predictis hominū necessitatib⁹ subuenire: excogitauit multiplices artes operatiuas in rebus exteriorib⁹/ ad presidiū corporis. vt artem lanificij operatiuā vestium: z operatiuā armorum de corio ferro: z sic de aliis. Et sic patꝫ causa inuentionis istaꝝ

artium mechanicaꝝ qꝛ fuit ex desiderio occurrendi necessitatibus et defectibus corporalibꝰ. Et finis illarum est supplementum ipsorum defectuum humanorum. Vocantur autē mechanice secundum philosophum et Alfarabium ꝛ Hug. in diascolicō quasi adulterine/ qꝛ mechari faciunt intellectum/ circa ea que non sunt ꝓprie sua. Item qꝛ opus artificis est/ segregata coniungere, ꝛ cōiuncta segregare. Cum igitur hoc opus artificis non sit naturale: imitatꝰ naturaȝ vt potest: ideo mechanicum. id est adulterinum vel non ꝓprie naturale vocatur Hois igitur visis tu fili mi tene semper animo tuo: illaȝ antiquorum sapientum sententiam: quoniā nullo ingenuo viro aut de gloria et honore siue virtute certanti conuenit/ vti artibus mechanicis aut seruilibus delectari exercitijs Adde quia licet necessarie et vtiles sint/ et loco ꝛ tēpore cōmendande: habēt tamē aculeos suos. habēt pericula ꝛ incōmoda: q̄ tā to nobilia hoīȝ ingenia ad terrā vsqȝ ꝓducunt/ quāto vires solius corporis exigunt. quinimo plerūqȝ aptiores ingenio: inepti ad illa inueniunꝰ. Rursus non carene dolis: fraudibus ꝛ deceptionibꝰ plurimis. vt singulariter ꝛ de singulis videre libȝ. vbi de vniuscuiusqȝ vtilitate ꝛ laudibus: ac incommoditate et miseria particulariter agemus.

mechanice intellectū faciunt mechari. mechanicū qd.

¶ Capitulum. xxv. vbi particulariter agiꝰ de prima arte mechanica videlicȝ de lanificio ꝛ ceteris artibus q̄ ei subalternanꝰ: ꝛ de illius vtilitate ꝛ icōmoditate/ dulcibus ꝛ amaris.

Lanifi cii necessitas.

Lanificii vero ars (vt sapiētes voluerūt) prima inter mechanicas esse noscitur. Sub qua textoria (filatoria et quicq̄d lana: lino: pilis sericoq; conficitur. et reliq̄ue similes comprehē duntur. Harum artium necessitas atq; vtilitas tam euidens est: vt nisi nudus incedere vellet: idipsuz nō diffitebitur. Ad tegumētum igitur humani corporis: pudēdaq; operienda: sed et frigoris estusq; iiurias repellendas: necessariā eam artē inuenit parēs natura perutilem certe et innocentissimā: ac honestis viris: nec minus feminis consentaneam in qua nec mēbra detur pantur: nec artus pluri mum fatigantur. Hec ars vitam portegit/ ac vitā instruit. Docet eīn artifices suos: cūctosq; mortales quā breuis fallaxq; sit hui⁹ vite curs⁹ quia (teste ppheta) trāsit velut a texente vita nostra. Uerum si versa vice huius artis infelicitates: miserias atq; pericula cōplectamur: lōge aliter sentiem⁹. Sūt enim (nisi fallor) textoꝝ filantium: lanificium sutorum: et alioꝝ qui lanificio subalternant: tot machinationum et fraudum figmenta: et deceptionum genera: quot filorum numerosa multitudo in eoꝝ operibus reperitur. In primis igitur huius ministerii artifices deo altissimo ingrati sunt: q̄ dat eis niuem sicut lanam. i. tātā abundantiam: vt ministret eis lanam vt niuē ipsi tamen deū fraudāt decima et primicia. nedū lane sed et hedorū. Rursus postq̄ deum cōtemserunt: facile putant proximos ledere. idq; mul-

Lanificii artifices deum

contēnunt: hoīes: qȝ ledunt.

tipliciter agunt. Quis enim exprimere possit: quot sophisticatas telas conficiunt: quot filiorū falsas cūmixtiones adiiciunt quot furta/quot rapinas cōmitunt. Texūt plerūqȝ leues pannos: bonam fu= rentes: inutilē lanā apponentes: falso pondere librāt. taceo fallacias in filādo: maleqȝ torquēdo: dolos in texēdo falsos adulterinosqȝ colores intigēdo. Taceo deniqȝ sutorūȝ fraudes ac furta. qui vix nisi ex

Sutores vix nisi ex furto vescūtur.

furto vescuntur. Harū itaqȝ artiū fraudes atqȝ miserias sacra scriptura commemorat in quiēs per prophetam. Ve ve filii deserti q ordimini telam: sed non p spm̄ meū. Et alibi. Telas aranee texuerunt. Quare alius propheta in eos vehemēter exarsit. ait em̄. Qui intelligit te precipitabit te: z telam quam orditus es fraudulēter. Et isaias Confundent (inquit) q operant/lanaȝ z linum plectētes: z recte nō texentes. Hii enim artifices auaritie seruiētes: vestes conficiunt lino lanaqȝ contextas: dum idipsum non modo ad litteram agūt. sed suis artibus nō contenti: ad alienas pariētrāseunt Sūnt igit artes ipe et eis similes recte mechanice. qr mechātur et nō perficiunt intellectum: nec vitam virtutib' parant.

Mechanice virtutibus viam nō parant.

¶ Capitulum. xxvi. de secunda arte mechanica: videlicet fabrili/armatura aut arcitectonica/z de partibus ei': z de vtilitate eius z prerogatiuis illarum. z de incommodis miseriis z oneribus earum.

Fabrilis necessitas.

Fabrilis siue armatura secunda est ars mechanica: sub qua carpentaria: lignaria: marmoraria: aurificum et quicquid lignis: lapidibus aut metallis fabricatur. Harum quidem artium summa est necessitas atque vtilitas Per eas enim necessitatibus hominū subuenitur: nisi enim edificia forent: nec homines subsistere possent: omnisque politica conuersatio: et diuinus cultus perderentur. Quid enim pulcrū quid iocundum in orbe foret nisi vrbes: nec domus: nec templa essent Nam homines velut fera animalia in speluncis latitarent.

Aurificius necessitas.

Aurificū vero et metallorū: et sequacium studia et artes: nō modo honesta: sed iocūda et vtilia sunt: qui vasa ad dei cultum hominūque ornatū atque obse-quium parant. Taceo de fabrili siue armatura qua fidelia arma ad expellendos hostes fabricantur. et alia plurima que explicari sermone non valet. Si igitur fideliter dictas artes exercent: honestissimam vitam agunt. presertim si nō ad lucrum: sed ad rempub. commune bonū intendant. et victum nō questum inde querant: Tunc enim beatus est talis artifex et bene erit ei qui laborem manuum suarum manducat. Verum tamen non desunt eas artes exercentibus miserie: calamitates labores atque pericula. Plene enim sunt doliis et fraudibus.

Fabri toxicatos gladios cōficiūt

Fabri vero plerūque sophistica non vera fabricant: blādos vomeres cadunt. blanda arma atque infidelia: molles gladios: et plerūque toxicatos conficiūt.

carius fabrilia sua vendere conatur quam valeant. Rursus arma vẽdunt infidelibus: nec sua arte contenti: alienas inquirunt. De quibus ait Isaias. Nunquid sculptile conflabit faber. O quot falsas ferri fabricationes: et pro calibe commutationes. quot sophisticata ferramenta/ quot falsas cemẽtationes: quot lapides/ lignorumque sculpture/ et picture falsas operationes machinantur. Aurifices vero quot metallorum falsas connexiones. quot sophisticationes quo dealbationes. quot deceptorias alchimicasque operationes. Nec repertas transmutationes/ quot metallarum ac monetarum falsas commutationes/ quot inutiles et caducas deaurationes/ picturas et colorationes/ auricalcũ pro auro, stanni pro argento pestiferas venditiones. quot mineralium falsas pscrutationes agant et conficiãt/ non facile dicere possemus. Sed verum est illud Hieremie ad eos artifices. Confusus est (inquit) omnis artifex in sculptilibus operibus suis. Fatemur igitur artes ipse utiles sunt/ humana corpora nutriũt sed animos ad virtutes non inducunt. implent marsupia sed a mente non expellunt vicia.

¶ Capitulum. xxvii. de tertia arte mechanica videlicet de nauigatoria et artibus ei subalternatis. et de utilitate/ et laudibus earum Demũ de laboribus miseriis et periculis que eas comitantur.

NAuigatoria siquidē tertio loco mechanicis artibus subalternatur: que eadē cū mercatura videt. q̄dā tamē singularia tā vtilia q̄ inutilia: tam dulcia q̄ amara habere dinoscitur. illius autē necessitas ⁊ vtilitas ex eo patent quoniā sine illa tota pene hominum societas tota cōuersatio periret. ⁊ cū nulla p̄ouincia aut ciuitas sola sibi sufficiat / veluti ad quā oīa vite necessaria ⁊ vtilia. per nauigātiū suffragia facilius ⁊ aptius res oēs deferunt. Habetq̄ certe alia ab altera q̄d ei deest: ministratq̄ q̄d superfluit. Demum oēs fere insule perirent aut depopulate essent nisi p̄ nauigationes adit⁹ ad eas haberetur. Adde: quia secundum Aristot. in politica / necessariū est regno aut ciuitati bñ ordinate promptā habere nauigationem: si volunt esse liberi. Nam p̄ nauigationem sunt abiles ⁊ parati ad lacessendas ⁊ propulsandas iniurias piratarū ⁊ latrūculorū. Nauigātes deniq̄ multa generi hūano vtilia afferunt industrie ⁊ sagacitat. sciūt enim ventos agnoscere portus eligere: securiores futuras tempestates preuident / earumq̄ ortus ⁊ occasus p̄sciūt speculantur suo studio aduētus aduersantiū nauiū. Demū nauigantium vita innocēs atq̄ honesta est. nam et xp̄s nauiculam ascendit et trāsfretauit. Apostoli idipsum sepe fecerunt. Rursus ab illis oīb⁹ cupiditatibus / libidinib⁹ ⁊ voluptatib⁹ q̄ in terra ac ciuitatibus hominibus seofferūt: segre=

Nauigatorie necessitas.

Nauigātiū vita ta honesta.

Nauigatore stā to deuotiore sēq̄ to pro

ximio respe ricu= lis.

gati sunt/ ⁊ tāto deo sūt deuotiores/ quāto pxi= miores periculis. Uex tamē habet ars ipa nō paruas miserias/ cala= mitates / labores atq̧ pericula: prout vnicui= q̧ recte conspicienti fa cile intueri libet. Ea ei ars plena est miseriis: dolis ac fraudibus. Ta ceo ei⁹ pericula. Si eīn deesset qui naues fabri carent: nullus tanto pe riculo se exponeret.

Quorum demētiam sa piens miratur: inquiēs Ponētes ratem in ma ri. committunt se ⁊ vitā suam paruo ligno. cum mare piscibus: terram autem deus dedit filiis hominū. Primus oīm romanis persuasit na= uem conscēdere. Clau= dius caudex ob hoc sic appellatus: quia pluri= mum tabularum cōtex tus. Caudex apud anti quos vocat̄. de quo di= cit Seneca non vtilem artem inuenisse. In pri= mis itaq̧ nauicularii seu hanc exercentes ar tem: naues de ineptis putridisq̧ lignis fabri= cant peruo tempore du raturas. ⁊ dum homies se illis committūt subi to dum ludunt absorbē tur: quod periculum ex fraude nauiculariorum prouenire dinoscit̄. Ta ceo quot latrocinia na uigātes ⁊ pirate indies agunt: quot furta: quot rapinas: iter quos nul= la fides: nulla veritas: nullus ad deum timor: nec ad proximum amor reperitur. sed qui potē tior est: paruas scafas inuadit. In aliis viuen di mod(;: robatores sūt pessime conditionis. in hac misera arte qui plu ra depredat̄ eo ampli⁹ premiatur: ⁊ archipira ta ac magnarum clas= sium princeps constitui tur. Nec refero q̧ homi nes in mari submergū=

Naui= gātes agunt furta/ rapi= nas.

tur aut certe interficiũ tur: nec ditatur nauigã tes: nisi cum aliorũ spo liis. piratas eñ ex ho= stes fidei dimittũt. fide les peregrinãtes et mer catores inermes inse= quuntur. Tandem naui gantes quos apprehen dere non valent pericli tari cogũt. Miserũ cer te genus hoim: in qbus nullum est humanitatis vestigium. Cum eñ na tura ipsa ipellente nau fragantib⁹ homines cõ patiuntur, hii tamẽ na ues periclitãtes: quas tueri deberent rapiunt dantes afflictionẽ af= flictis. Adde: quia vti= lis et secura esset nauiga toria ars / si aer / si venti si maris fluctus: si sco= puli rapidi nauiganti= bus obedirent. Sz lon= ge certior est tẽpestas: ꝙ trãquillitas nauigã tib⁹. Deniqz parua sũt terre pericula: nisi ma= ris discrimina experiã tur. Nõ enim solum na uigãtibus pericula im= minent ab hostibus sed a mari sed a piscibus: q̃ bus tutius foret inter homines, ꝙ inter del= phines conuersari: qui carnes humanas sitiũt Et vt paucis agam na uigantes id habent: vt periculis suis gaudeãt Scriptum est per sapi= entem qui nauigãt ma re: enarrant pericula. Hinc et propheta dice bat. Ululate naues in die pauoris mar;. Sũt igitur hee artes eate= nus vtiles et cõmẽdan de: quatenus earum ar tifices eis ita vtuntur: vt instituta noscuntur.

Nauigãtiũ miserũ genus hoim.

¶ Capitulũ. xxviii. de quarta arte mecha= nica videlicet de vena ria et artibus et subal= ternatis: et de laudib⁹ et vtilitate earum et de laboribus / meseriis et piculis que eas comit tantur.

Uenatoria quarta ars est mechanica sub qua omnis ferarum auiumque occupatio et piscatura: earumque rerum paratura cotinet ut supra tetigimus: quarum artium utilitatem nullus ignorat. Est enim in primis delectabilis/atque ad exercitationem deductionemque temporis accommodata: et ad modestam hominum recreationem instituta. quippe et ad salutem corporis perutilis si debitis loco tempore et fine bono eis fruamur. Adde quod toleranda est: si ob necessitatem propter pelles et carnibus non ob voluptatem sine strepitu et clamore exercetur. Sed iam huius artis et vite incommoda labores atque miserias simul et pericula commemoremus. In primis itaque quis prudens gaudium suum in fugacissimis rebus collocat. Deinde venatui vacans melioris negocii diem perdit. Quid de periculis corporis dicam? quot foueas venatores precipites incurrunt. Aquas quoque stagna: siluas non sine discrimine percurrunt Reges vero et magnates: et si quotiens armis non vacant: venationi se dedant. inter cetera tamen incommoda illud paruum non est: quod lassitudinem: senectutem pluresque ex ea infirmitates nanciscuntur. et ut dici solet paruo solatio: plures mesticie comparantur. Quid dicam de temporis amissione: inutili occupatione: fructus modicitate: et tandem punibuli vanitate. Que enim maior vanitas: quam quod post paruam bestiolam leporem natura ipsa timidam: tot currunt reges: tot milites: tot cursores: tot buccinarum et

Uenatus utilitas.

Uenatus incommoda

comitum clāgores:tot vlulantium vociferationes. Et (vt paucis multo cōprehēdam) in scripturis sanctis nemiē sanctum venatorem legimus. Esau eniȝ venator erat:quoniā peccator fuerat. Rursus iter venatores scriptura sacra. Nēbroth cōmemorat:qui robustus venator & oppressor hominū appellatur. Deniqꝫ venatores siluas querūt: vbi venationis colore: peregrinantes spoliāt atqꝫ trucidant. Hec est eorū venenatio:hec aucupatio. Taceo de alia venatiōis specie oppressiua: arenaria cum bestiis decertādo. Et (vt paucis agamus) venatores densa nemora et solitudines inquirunt: non vt vitam solitariā agant cui se ineptos sciunt:sed vt feris & volucribus conuiuant:quia hominum vite inabiles sunt. Huic arti subaltnantur macellariorum ars:ceterumqꝫ coquorum atqꝫ cauponum officine artes quarū vsus poti⁹ voluptas ꝙ necessitas induxit. Esus enim carnium ante diluuium icognitus erat. istorum artes vilissime sūt:& fraudib⁹ plene ac dolis : vt vnusquisqꝫ experitur. Vendunt enim carnes putridas: ouē p castrone:hircum pro ariete/ capram pro capriolo. Decipiunt in pondere: fraudant in precio:& in re ipsa seducūt.quo fit vt dum carnes vendunt ementiū corpora ledūt De ceteris vero huius artis partib⁹ multa dici possūt:puta de piscatura & vinorum ciborūqꝫ apparatu:in quibus tot committuntur fraudes:vt pudor sit ea cōmemorare. Harum igitur artium studia:ventri non menti seruiunt.

Venatores vite hois inabiles.

Contra macellarios coqꝗs & caupōes.

Tolerāritaqꝫ quatenꝰ sufficiūt ad vite huma ne alimentū ꝛ bonā coꝛ poꝛis valitudinem.

¶ Capitulum.xxix. de quinta arte mechanica, videlꝫ de agricultura ꝛ de partibꝰ eius. de cuius vtilitate dulcore ꝛ amaritudine supꝛa diximus i vigesimo pri mo.ꝛ.xxij.capitulis.

¶ Capitulum. xxx. de arte pastoꝛali: et de eius vtilitate.ac icōmo dis miserijs ꝛ laboꝛibꝰ.

Pastorū vtilitas ꝛ necessitas.

Pastoꝛum quidem artē non nulli agriculture: alij venatoꝛie attribuunt: vtcūqꝫ sit spe cialis de ea agēdus est sermo. Est igitur vtilis pastoꝛuꝫ seu bubulcoꝝ ars, atqꝫ ad vite huma ne indigentiam supplē dam ad moduꝫ necessaria. Hic igitur viuendi modus innocuus est: nemini officit: nature operi intendit. Respi servit ꝫ multis ē segre gata facinoꝛibus et a peccādi occasionibus aliena contemplationi pꝛoxima: in vtilibus actionibꝰ obuia. eamqꝫ vite foꝛmulam sancti ꝓphete sectari sūt: et sub pastoꝛis nomine: reges et pꝛelatos appellarunt. Quippe cuius nomine glorioso chꝛistus nuncupari voluit inquiens: ego sum pastoꝛ bonus. Verūtamē huius artis plurima sūt incōmoda laboꝛes atqꝫ pericula. Pꝛimo quidē vt putamus vtilius hominibus foꝛet homines potius amare: colere ꝛ alere ꝙ̄ pecoꝛa. Amāt enim quod nec se amari sciunt: nec amantibꝰ vicissim vicē reddere possunt. Rursus si animalia per te pauerisꝰ/ occupatissimus bubulcus eris: si per alios pecoꝛa bouesqꝫ pascis tu nō pastoꝛ modo: sed pasto

Pastoꝛum incommoda.

h iii

rum seruus eris. Sed et illorum furtis/ et fraudibus et dolis necesse est credas. nunc pecora mortua afferent nunc a feris comesta: nunc in precipitum dedita: sed et quotidie nouarum oresque adducent: ex quibus dolorem mesticiamque concipies. Nec eorum fraudes vitare valebis: vt recte de eis dicat propheta. Omnes pastores preuaricati sunt. Et iterum Pastores suos pascit ventus videlicet auaricie. Contra quos alibi scribitur. Ve pastoribus qui dilacerant gregem suum. Adde: animalia ipsa que tantopere alis atque custodis/ multis periculis sunt exposita/ que tam crebra sunt. vt plerumque totum gregem exhauriant. Vt paucis agamus vtilitas incerta est certa solicitudo/ dubium lucrum manifesta pericula.

Pastorum certa vtilitas incerta solicitudo.

¶ Capitulum. xxxi. de sexta arte mechanica videlicet teatrica et ludis. et de partibus subalternatis. et de diuersitate omnium ludorum. et de illorum vtilitate damnis et periculis.

Theatrica vero ars ludos respicit: dicta a theatro vbi populus conueniebant. Hec vero vite formula tolleranda est/ si ludis homines ad eum finem vtunt: quibus instituti sunt. Teste enim philosopho propter publicam leticiam homines a prauis cupiditatibus artibus. et nociuis voluptatibus retrahuntur vt supra tetigimus: Conferunt denique ludi ad recreationem humani corporis. vt vigorosius laboribus et vtilibus artibus vacare possint. Ludus enim moderatus

Theatrales ludi ad bonum finem instituti agentibus.

(teste philosopho) cib⁹ est animi. Nā inqt Seneca Socrates ludere cū pueris nō erubescebat. Et Cato lauabat aim cur; paucis fatiga tū. Idcirco conditores festos instituerūt dies: vt ad hilaritatē publice hoies cogerēt: iāq̄ necessariū laboribus interponētes tēperamentū. Verūtñ plurime sūt hui⁹ artis incōmoditates/ vanitates miserie: atq̄ picula In pmis igr cōsiderādū est. qr vt michi satis videt: apud catholicos theatrica ars minime ponēda nec nomināda pcipit. Nā (vt inqt Isidor⁹ spectacula crudelitatis ispectiones sūt vanitatis: q̄ nō solū hoim vitijs: sed demonū iussionibus instituta sunt. Proinde nichil debere esse christiano cum circensi insania que dicitur theatrica: cū amphiteatrica crudelitate: cum atrocitate a rene. cum luxuria ludi. Deus enim negat qui talia psumit. Quinimo fidei christiane preuaricator efficitur: qui id denuo appetit: quod in baptismo iam pridem renunciauit id est dyabolo et operibus eius. Lucius silla (inquit Sene.) primus in circo leones solutos dedit. Pōpeius prim⁹ elephātes posuit ad spectacl'a nec tñ commendātur bonā rem egisse: nisi bonum fuit more nouo perdere homines. Unde subdit Seneca. Sanctius foret ista in obliuionē ire. Preterea cōsiderēt frequentatiores ludorum. q̄ teste Crisost. super illo verbo. Sedit popul⁹ commedere et bibere et surrexit ludere. Deus nō dat ludere s; lugere sed dyabolus dat ludere: ne lugeamus et dum ludimus illudimur.

Ludorū theatralium pericula

Adde qz ludus non caret illusiõe/ a qua nomẽ accepit. Unde Sara vidit Ismaelẽ ludente cũ Isac: in quo ludo (vt inquit Augu. vidit illusionẽ/ que significabat deceptationez. Preterea demones delectãtur in ludis vanis: qz vident homines eis libenter intendere et a via virtutis deuiare. Uñ in somno fuit a demonibus dictum cuidam romano: vt ludi in vrbe instaurarent̄ fm August. l quarto de ciuitate dei. Denicꝫ in ludis rara est grauitas: prompta est scurrilitas vanitas: stultiloquium verba ociosa mẽdacia vana ĩspectiones libidinose tractatiões in promptu est leuitas/ abest modestia/ nil aliđ in his locis accidit nisi breuis leticia/ paruum gaudium/ magna temporis iactura/ puerilis occupatio. Et (vt qdaz sapiens ait) Ludorũ expectator vanus/ lusor ĩsanus/ qui nec honeste gerit̄ nec honeste cernitur/ adeo vt ignoremus an sit lusor ĩfamior aut spectator: Rursus multi fuere quos natura mites fecerat/ sed spectacula vitia docuere. crudelesqꝫ effecere. Nil eñi potẽtius in memoriam descendit ꝙ qđ visu cõspicit̄ audita facile volant: conspecte res herent/ etiã inuitis. Fugienda ergo sunt ludorũ spectacula vbi ad horã gaudemus vt diucius doleamus: et semper videamus qđ vidisse semper displiceat. Porro ludoꝝ varia esse genera cõstat/ q̃ docuit antiqua illusio. Alij enim alijs delectant̄ ludis q̃dam spectaculis ferrarum/ quidã histrionib9/ quidã palestris/ quidaz aleis/ sed vbiqꝫ vanitas Quid eni thauros/ qđ

Uaria eẽ ludoꝝ gña.

feras publice interfici delectationis h3. quasi non sufficiat bellorum cruor in castris vrbibusq̄ dietim effusus? De palestris vero atq̄ torneamentis q̄d dici pōt. vbi inspector vaniloquus: miles insanior. Fit em̄ seruus totius vrbis in quo ludo sepe vilior oīs victor euadit. De histrionum bufonumq̄ vita quid dici pōt. nescio quis insipiētior euadat an hystrio vel qui de hystrione ridet: forte qui pecunias effundit: vanior est. Quotiens em̄ histriones de se dños ridentes vident: totiens ipsi mirantur dementiā se mirantiū: Sepe certe histrio aliquid fingit quo falso audientes delectat/se vere. Alearū vero ⁊ taxillorum. Lusores adeo spurcissimā artem exercet: vt in ea re quanto doctores: tāto nequiores habeant.

Ludi fortune pīcula.

De quibus phūs in politicis ait. Quia aleatores mortuorū spoliatores et latrones: turpes lucratores sūt. Lucri enim gratia obprobria sustinent. Unde et Temistocles grauissimos virus ⁊ reip. curā gerentes: a ludis leuioribusq̄ solatijs arcendos decreuit/ne respu. ludere videretur. Ipse deniq̄ dicebat sanctus eē ociari: q̄ turpiter solaciari. Ludos vero innoxios ad recreationē ⁊ temporis deductionē christianis nō nego. vt musicis instrumētis: vt videbis statim cum de musica agem⁹: que pretermittuntur pro loco ⁊ tempore.

Capitulum.xxxii. de septima arte mechanica videlicet medicina ⁊ de eius necessitate ⁊ vtilitate ⁊ laudibus. Demū de illius abusu laboribus et periculis.

Medicine necessitas.

Medicine vero ars (fateor) inter mechanicas nobilior est: tanque a natura ipsa hominibus donata: quimo vite humane plurimum necessaria: atque a deo immortali laudata & honorari iussa, qua corporum morbi curantur: & vite iter sticia conseruantur. Denique ipsa huius artis naturalis inquisitio commendatissima e. Et (vt paucis agam) vtilis admodum & accomoda medicina est, que nedum corpora ipsa curat: sed liberiorem ad vacandum animum reddit. Nam philosopho teste: ex bona corporis valitudine crescunt vires animi & bona corporis dispositio animam quoque iuuat, & ad optima queque disponit. Sz fateor laudanda plurimum ars medicine eet: si bonum subiectum/si virtuti deditum reperit si denique idipsum sciendi genus optimum ac naturalibus scientiis infallibilibusque fundamentis comunitum prius medici addiscerent que exequerentur. Sicut enim (vt aiunt(vnusquisque id agit feliciter quod optime nouit: ita qui principia medicine ignorat: cuius finis sanitas existit: vt sanum egrum reddat necesse e. Vidi ego plurimos heri aromatarios hodie medicos heri barbarum rasores/hodie morborum grauium censores. heri herbas ceteraque materialia in apothecis commiscentes: hodie in principum aulis morbos iudicantes. Si enim etiam sanando: vix nome boni medici quisque assumit: quoniam pacto necando medicandi titulum vendicabit. Quibusdam itaque his similibus me aliquando febri-

Heri aromatarius hodie medicus.

citantem visitantibus/ atq; remedia pollicentibus sed ꝛ causas morbi iudicare conantibus illud ad Philippum. vt in actibus apostolorũ legimus. dicebam. putas ne intelligis que dicis? Quibus dicẽtibus Etiam/ ego iterum cũ eodem eunucho addebam. quomodo scire poteris: cũ aliquis te non docuerit. Mira certe res est: vt enim inquit. Hiero. fullones: metallarij/ fabri/ lignorum cesores: ipsa quoq; vilia officia exercẽtes: absq; doctore esse nõ possunt nec experiri audẽt que non nouerunt. sola est medicandi ars quam si bi passim vnusquisq; vẽdicat. Alii enim a crebro infirmantibus medicinã addiscunt. Alii a feminis: vt viros curẽt. Alii ab isidelib⁹ audiunt: vt fideles necẽt. Alii nescio quibus libellis legunt: vt in miseris corporibus vn fortuiter ter exequantur. ꝛ (vt aiunt) vno collirio ab eis incognito: omnium oculos volunt curare. quo fit/ vt cecus arte natura videntẽ cecũ faciat. Hii medicinam nesciẽtes: medicina abutuntur: artem egregiã quam non nouerunt/ ꝓfitent̃ medicine excellẽti ꝛ illustri noĩe gloriãt̃. qu ppe questus gratia: pecuniã vt fiuẽ q̃runt. Premiũ certe vero medico non modo exiguũ sed sordidum et tanto labori impar nec ingenio dignum Ex quibus hui⁹ artis difficultates et incõmoda i prompto sũt: dum viris excellẽtibus nõ credit̃ ꝛ hac laudatissima arte abutentibus premia dantur. Adde: quia m̃lta milia hominũ taliũ medicoꝝ insipientia: aut inexperientia forte moriũtur.

z dum vnum morbū cu=
rare satagunt : plures
inducunt. Assuefactūqꝫ
miseros egros : vt sine
medicinis viuere nō va
leant quas nisi aliis pa
randis minime ipsi tan
gunt nec degustant Ce
tera hominum genera
felicem auram : bonāqꝫ
temporis dispositionez
optant. Medici vero
aut insanam aut pestife
rā omnes infirmos esse
preter se z suos deside=
rant. Quos quidam sa
piens similes dicit eis:
qui funera ad corpora
hominū sepelienda de=
ferunt. Quos Demo=
sthenes athenis dāna=
uit exilio: eo solo/ qz op
tabant plurimos mori:
vt inde lucrum caperēt
quod cōtingere nō po
test: sine multorum mor
te. Taceo quot morbo=
rum prolongationes :
quot destiferas potio=
nes: q̄t infirmitatū cō=
minationes miseris in=

Me= dici oēs in firmos esse pt se z suos de= side rant.

firmis ingerūt/ et quos
abstinentia aut simpli=
ci victu: quippe vel her
ba si scirent curare po=
terant : sumptuosis vi=
tra marinis quippe et
adulterinis materiali=
bus, que ipsi aut vēdūt
aut illorum lucrum par
ticipant: curare potius
inficere humana corpo
ra moliuntur. Rursus
medici causas in natu=
ras egritudinum dicūt
subtiliter dantqꝫ sanita
tem verbotenus adeo
vt sicut quidam sapiēs
dicebat. Cum eos audi
mus mortuos posse su=
scitare credimus: pau=
lo tamē post cernimus
inanem esse eandem sa
nitatis spem: quez ilico
insperata mors interci
pit. Sed qd plura? Ab
sit : vt de medicis q̄cqꝫ
sinistre dicam. In mani
bus enim illorum sepe
meis peccatis incido.
Itaqꝫ michi ceterisqꝫ
mortalibus sanū foret

consiliũ eos nõ exasperare verbis sed demulcere obsequiis. Quare nec ego sentire audeo/ qđ oẽs clamãt latrões enim sicarii/benefici homines inhumanit᷑ occidunt. medici tñ humanissime atq; officiosissime ꝛ solẽniter itẽrimũt Et si q̃ aut diuino mũere aut naturevigore cõualescunt: ipsam diuinã gratiã ipsisq; beneficiũ pecunia vendũt: dũ sibi sanitatem attribuunt. Nec indignent᷑ medici ꝙ eoꝝ artẽ mechanicã dixerim. Nã dicere possunt cõgrue medicinaꝫ esse mechanicã qꝛ ẽ de corpoꝛe humano: ex ea parte qua infirmat᷑ ꝛ sanat᷑. Quod quidẽ, coꝛpus ẽ intellectiuũ. Quibus dicendum est scđm Alfarabiũ: ꝙ hoc nõ ꝓbat medicinã nõ eẽ mechanicã. Primo qꝛ licꝫ sit de coꝛpe humano: nõ tñ opatur in eo medicina pꝛopꝛie secũdũ ꝙ est intellectiuũ sed secũdũ ꝙ est sensitiuum ꝛ vegetatiuũ. Medicine autẽ ad hoc valẽt. pꝛimo vt iuuetur vegetatiua potẽtia ꝛ sensitiua in operib⁹ suis. Fateoꝛ: tamẽ ꝙ aliqñ accidit: vt inde iuuet᷑ intellectiua: qꝛ sedatis doloꝛib⁹/liberius vocat᷑ operib⁹ intellectiuis. Scđo hoc patꝫ qm̃ Aristo. in libꝛo de aĩalibus tradit/doctrinam de hũano coꝛpe simul cũ doctrina bꝛutali: tamẽ naturalis scientia speculatiua est Medicina vero est operatiua ꝛ mechanica.

¶ Capitulũ. xxxiii. de arte mercandi ꝛ vendẽdi ꝛ que ipsa mechanica est ꝛ subnauigatoꝛia continetur: ꝛ de eius necessitate ꝛ vtilitate ꝛ de illius infelicitate fraudibus dol.s atq; periculis.

Mercatura vero (que ad nauigatoriam pertinet) vtilis ad modū est ad supplendas inopias prouinciarum. et sine illa comercium inter homines haberi vix posset/ huius autem mercatorie artis tres sunt partes (vt ait philosophus in primo politi.) scilicet marelaria: id est per mare ferens merces/ que nauigatoria dici poteſt. Secūda est oneraria. Tertia est assistentia quā quis assistit mercatoribus in pecunie et aliarum rerum commutationibus: que omnes mercature species a Plutarcho cruribus corporis humani recte cōparantur. Veluti enī crura hominis huc atq; illuc discurrūt pro necessariis humani corporis: sic mercatores pro necessitate corporis resp. Rursus sicut coxe et tibie sustentant corpus sic mercatores respu. suis mercibus sustinent. Ex quibus conspicit necessitas et vtilia huius artis, q̄re merito (vt ait Hugo) cōmēdabilis est. veluti q̄ diuersas ignotasq; gētes conciliat: bella sedat: pacem firmat. et tandem priuata bona ad cōem omniū vsum immutat. Est igit mercatura nō modo necessaria sed ac commoda vtilisq; reipublice et (vt inquit philosophus) est non infirmum viuendi genus si ipsorum mercatorum finis ad releuandas indigentias: communis rei pub. tenuit. sed si cupiditatis gratia q̄s mercaturā exercet vix erit innocēs. Sūt eni. eius artis incōmoda et pericula plurima idq; ex eo maxime cōstat: q̄m sm sententiam sanctorum vix mercatura sine peccato potest exerceri.

Mercatores corpis cruribus assimulāt

Mercature necessitas et vtilitas.

Mercature pericula.

Quis em̄ huius artis dolos/fraudes/ iniquitates ꝛ scelera narrare pōt. Profecto non est dictu facile. Et si cetera taceam quot false rerum venaliū laudationes: quot mentite rerū emptibilium vituperationes: quot defectiuuꝫ occultationes: quot false aut diminute mensurationes ꝛ ponderationes: quot false mercantiuꝫ cōmixtiones: quot mendacia: quot piuria. Contra quos inqt Ambro. O mercatoꝛ seculi cōparatoꝛ inferni: cur in fraudē ꝛ deceptionē conuertis nature industriā. Cur affectas reꝝ defect⁹ Cur optas pauperibus sterilitateꝫ? vt domui tue cōpares dolosam fecunditatē. Exploras qn̄ erit sterilioꝛ puētus: qn̄ reꝝ inopia. Hāc vocas industriā q̄ poti⁹ est calliditatis et cupiditatis astutia, et qd̄ tu remediū dicis/ cōmerciū nequitie potius ꝛ latrociniū est. Et seq̄tur/ lucrū tuū damnum multoꝛū est. Et (vt paucis agamus) om̄e hui⁹ artis officiū eo tēdit vt ea vtentes lucris intendant: vilius emāt cari⁹ vendant/ ꝓximos decipiant. Hos signat Valerius cū ait. Insidiosissimam foꝛe artē q̄ inopum sanguine pascit̄: ꝛ mēdaciis: vt veritatis instrumēto iuuat̄ Hac fallacia quasi preclaris artibus gaudet: quoꝛū fraudibus non tā alios q̄ seipsos fraudant. qꝛ teste. Crisosto. qui simpliciter negociantur in omnibus ꝓsperant̄. qui versant̄ in dolū eis oia aduersant̄. cū scriptuꝫ sit in Ezechiel. Totam anniuersarionē viteuer tunt ad lucrū. Ideo nō perseuerabit substātia sua. Et iterum. Fraudabit eum pecunia sua

Taceo de vsura que vi-
xa mercatura separat. Ceterum de Campso-
ria sileo/⁊ pecunie com
mutatiua: que huic mer
candi arti subalternat
in qua tot doli/tot frau
des/tot rapine sunt: q̄t
nummos campsor ha-
bet ipse. Harum itaq̧
mechanicarum atq̧ si-
milium artium sectato-
res vltra alia incōmo-
da (teste philosopho) in
epti sunt ad politisan-
dum. Quinimo apud
antiquos huiusmodi ar
bus vacantes: prohi-
bebātur participare ne
dum principatum / sed
magistratum ⁊ consula
tum vt supra deduxim⁹

¶ Capitulū. xxxiiii. de artibus liberalibus in genere/⁊ de illarū commoditate ⁊ abusu laudibus ⁊ damnis/dulcibus et amaris.

Liberales vero artes plurimum fore vtiles ad instruēdos iuuenes/⁊ necessaria admodum scientiarū genera. Nullus sane mentis dubitat/nec tu ignoras q̇ in puerili agens illis ibutus es/q̄(vt nosti)septē numero sunt/⁊ in duo genera diuidunt qꝛ prime tres primordiales artes vocantur. vel prima sciendi elemēta/ videlicet grammatica/ dialectica/rhetorica. Quatuor vero sequentes. s. Astronomia Musica arithmetica/⁊ geometria mathematice/ appellātur. i. doctrinales. quia p certas demōstrationes docēt/vt statim subiiciemus. Quare aūt liberales appellant. ⁊ circa mathematicas q̄ fuerint cause inuentionū eax/⁊ q̄ sit earū natura / vtilitas seu

incōmoditas subiciā. que etsi tibi nota sint volo illa tibi ad mētē reducere / ne illarum oblectamētis allect⁹: dum illis te totū exhibes digniora atq; excellentiora ad que illa ordinanť; ꝑtermittas. Appellantur itaq;(vt nosti)septē ipse artes liberales triplici ex causa. Primo vt distinguanť ab alijs illiberalib⁹: vt mechanicis ⁊ ceteris seruilib⁹ artibus: que ideo sunt illiberales/ qꝛ ordināť ad corpus. Animā autem ⁊ intellectū: male disponūt. Ipse aūt liberales principaliter ordinanť ad animam q̄ disponūt ad vsus et actiones virtutū moraliū Et intellectualiū vel ad vsū ꝑfectissime ꝟtutis: q̄ est felicitatis. Ex q̄ potest elici alia ꝓpriissima causa: quare vocāť artes liberales/ vez qꝛ secūdū eas hō ꝑ se disponiť s̄m intellectuz/ ad optimū finē: veluti vsū ꝟtutū moraliū et itellectualiū. vel ad vsuz ꝑfecte felicitatis: que est speculatiua. Qui autē talia cōsiderant naturaliter sunt liberi. qꝛ nō sunt seruiles: cū intellectu vigēt. iō recte artes ipe liberales dicūtur Fateor tñ s̄m philosophū i octa. politicoꝝ: qꝛ vtile et cōmendabile est participare aliquando liberales artes et mathematicas: quaꝝ vsus ordinať ad exercitiū excellentioꝝ doctrinaꝝ vsq; ad certū terminū sed cōtinue et assidue exercere se in eis vsq; ad quecūq; ꝑfectionē nōnunq; nociuū est. qꝛ cōtinua consideratio i illis retrahit aut simpliciter aut ꝓ pte ab vsu virtutis moralis;

Liberales dñr artes ex tribus causis

Tertia vero causa est quare liberales dicũt quia liberos id est expeditos et exercitatos animos requirunt. eo quod subtiliter de rerum causis disputant. et de illis plerũque que a sensu remota sunt. Alia causa est quia antiquitus tãtummodo liberi/ id est nobiles et ingenui: in eis studere consueuerunt. Plebei vero et ignobiles studebãt in mechanicis: propter peritiam operandi: corporalis enĩ operatio plus cõgruit plebeis. Ocium autẽ et studium nobilibus secundum Hugonem.

¶ Capĩm. xxxv. de primis duab⁹ liberalibus artib⁹/ videlicet grammatica et dyalectica. et de ortu earũ/ et causis quare inuẽte sunt/ et de illarum laudib⁹ et vtilitate. ac demũ de earum abusu et incõmoditate.

Postquã egimus de liberalib⁹ artib⁹ in genere: superest: vt in specie eas breui sermone tãgam⁹. Primo igitur de grammatica et dialectica agem⁹. De rhetorica vero i sequẽti capitulo disseremus. Vocantur itaque tres ipse artes primordiales/ quia circa prima litterarũ elemẽta versantur. Per eas enĩ aut de cõgruitate/ aut de ornatu sermõis/ aut deniquem de orationis veritate et falsitate principali⁹ agitur. Prima itaque grãmatica secũdum Alpharabiũ/ a litteris nomẽ accepit: quam mater est aliarum artiũ. Fuit autem causa et modus inuẽtionis ei⁹/ quomã cum homines inordinate atque ad libitũ et sine arte loquerentur: eueniebat vt minus bene concept⁹ suos exprimere, sed et Origo grãmatice.

minus apte audientes intelligere valerēt/ q̄ fiebat vt tardiꝰ intelligere ꝛ intelligi: ac difficilius sciētias tradere possent. Qua decurarunt sapientes has incōmoditates tollere tradiderūtq; artificiosum loquēdi modū/ vniformem quidē ac congruū vt oēs cōceptus hūani/ demū cuncte doctrine per eandē arteꝫ aptius ꝛ liberiꝰ significarent ꝛ addiscerentur.

Grāmatica an sit scientia

Uerū etsi vtilis et necessaria ars grāmatice sit/ quo tamen pacto inter sciētias annumeret. plurimi dubitarunt: pro eo q2 grāmatica ipsa solū circa periciam recti sermonis versat. sermo vero trāsit: scientia autē est de permanētibus. Adde quia hec ars pollire liguam non animum nouit. nec intellectum dirigere sed labia. Accedit q2 non propter se: sed propter alias inuēta est: quare instrumētum sciēdi potius quā scientia secūdū quosdam dici potest.

Logica secūda est liberalis ars q̄ ꝛ rationalis dicitur. Ipsa eñ diffinire querere/ respōdere vera falsis diiudicare ac subtiliter disputare docet. Necessaria certe et vtilis ars: quia secūdum Hugo. in diascolicō. per eam subtilibꝰ obiectiōibus latēs veritas reperit.

Logica vtilis et necessaria

Causa siquidem inuentionis eiꝰ perutilis admoduꝫ fuit. cum eñ phisicis plures suborirent opiniones ꝛ ꝯtrarietates decreuerunt sapiētes de modo altercandi artem tradere. Uidebāt enim q2 nō posset facile perueniri ad alicuiꝰ scientie certitudinē sine pitia disputādi. hāc salomō olꝫ sapiētissimꝰ

in puerbijs addiscen-
dā admonet.;dum nos
hortat vt intelligam⁹
sermones prudentie /
versutiasq̃ vbor/nec
nō parabolas ꝛ obscu
rū sermonē: ꝛ dicta sa
pietū simul.ꝛ enigma-
ta:q̄ oia (vt Hiero.ad
magnū oratorem ait)
dyalecticor ꝛ oratorū
sunt. Sed et August.
p eo inter cetera logi
cā cōmendat: qꝛ exer-
citatoria policitiora-
q̃ reddit ingenia. Sȝ
certe si dialectice fru-
ctus:si finis attendit/
vtiq̃ reperiem⁹: quia
potius ingeniū manit
fatigat: q̄ vtiliter psi
cit. Nā ꝛ si cōdisputā
tē viceris:nō fructum
sed vbor folia cōseq-
ris. Hinc Grego.silo-

Logice abusus

gistica inquit. Dispu-
tatio quid aliud est/q̄
vbis cōtendere et au
dientes subuertere?
Abutunt enim ea arte
plurimi:dū cōfidentia
clamoris vbor verita
tē impugnāt. Rursus
q̄squis ea doctrina v-
saris necesse est/ cōtē-
tiosus loquaris qcq̄d
pbare nō potes.qꝛ(vt
inquit Augu.) ꝯfirma
tionē sumit ab homie.
qcq̄d nō habet ex veri
tate. Sed ꝛ illud vex
est: qꝛ sepe nimium al
tercādo pditur:dū in-
quirit veritas:qd sa-
tis dolendū est. idipm
qd ad veritatē iuuan-
dā institutū est: ad eā
obfuscādā/occultādā-
q̃ cū hoīm labore stu-
diosissime querit. Vn̄
Augu. in de doctrina
xp̄iana execrabilē di-
cit artē sophisticā di-
sputādi et libidinem
rixandi: quā admonet
cauēdā. Si eñ doctri
na foret pietatis: ne-
quaq̄ sacre littere tā
topere eā detestarent
cū aiūt. Qui sophisti-
ce loquit odibilis est.
in ea certe (vt ipe Au

gust.ait/victoria ver=
boꝝ ⁊ ostentatio ambi
tiosa queritur:nec mo
do tardos: sꝫ plerūqꝫ
ingeniosos decipit.

¶ Capitulū.xxxvj.de
Rhetorica q̄ est tertia
liberalis ars.et de eiꝰ
ortu ⁊ vtilitate ac lau
dibus. Rursus de eiꝰ
abusu.et qualis debet
esse orator. ⁊ ad q̄d va
let eloquentia sine sa
piētia:⁊ quomodo ali=
qñ est mortifera.

Rhetorica tertia
est liberaliū ar=
tium sic dicta:quasi or
natꝰ sit locutionis/se=
cūdum Alpharabiuꝫ.
Veluti enī p grāmati
cā cōgrue loquēdi ar=
tem addiscimus ita p
rhetoricā ea ornate p=
ferre q̄ didicimus: ex
qua re potissima cau=
sa illius inuētionis su
mitꝫ sm̄ Hugo.Est igꝫ
huius artis sūma vis:
ingens laus. Nam(vt
iquit Seneca) magna
res est eloquētia : nec
adhuc vlli indulsit:vt
totam contingeret:sa
tis felix est q̄ i aliqua
eius pte receptus est.

Rhetorica vtilitas.

Hec certe ornamentū
est aliaꝝ scientiaꝝ.qr
(vt inquit Cassiodorꝰ)
quicq̄d in alia doctria
cōcipitꝫ:ab ista sub de=
core pfertꝫ.Unde i ec=
clesiastico scribitꝫ.Tu
ba et psalteriū faciūt
melodiā.⁊ supra vtrū=
qꝫ ligua suauis.Et ite
rū. Fauus mellis v̄ba
composita. Et rursus
scriptum est.Quia sa
piēs in v̄bis suis mon
stra placuit. De laudi
bus vero eloquētie re
pete q̄ supra diximꝰ in
xxxiiij.cap̄. in princi=
pio. Sꝫ certe hec ars
plurios fallit:dū suos
sectatores dicere non
scire docet: istruit dul
citer v̄ba capere/ non
vtiliter sapere.Et dū
verboꝝ suauitas que=

Rhetorice abusus periculosus.

ritur: vera rerū sapiē=
tia amittit. atq; vtinā
tantus hodie esset ho=
minum labor ad recte
beateq; viuendū quā=
tus ad ornate bene po
liteq; dicendum. Hinc
Firmianus Lactāti⁹;
Utinā tam multi bn̄ fa
cerent: q̄ bn̄ loqui vi=
dent. Adde q2 plerīq;
ea vtūtur nō ad salutē
sed ad pniciem. Acer=
bissime quidē illud re=
ferendū q̄ppe ⁊ dolen=
dū arbitror: vt videli=
cet ea q̄ (teste Cicero=
ne) a natura data ē. ad
bonor̄ hominū conser
uationē ī pestē ⁊ nocu=
mentū vertat. Siplex
enī est veritas ⁊ recta
splēdore aut verbor̄ le
nocinio nō eget/ quin=
imo (vt Quintilianus
ait) suspecta est cū or=
natur/ fingere nescit.
Nā quoniā (inquit) fa=
bricabit figmentū que
vix elimatū depromit
sermonē, ipa p̄o porna
ta locutio plus pferre
q̄ cōferre solet. Et ve
rū sit/ q̄ quidā sapiēs
ait: Qr garrulosa dicē
di festiuitas pl⁹ sonat
quā valet. Multumq;
habet inanitatis et va
cui. Idq; prudēs Se=
neca nō negauit/ dū in
declamationib⁹ dicit:
Quia raro hec īter se
coeūt/ vt eadē vox sit
dulcis et solida. Hinc
Didimus ad Alexan=
drū. artem inq̄t bn̄ lo=
quēdi nō discimus nec
facundie rethoricorū
oratorūq; operā dam⁹.
Cuius officiū est fabu=
lātes sermonib⁹ figmē
ta remēdacia/ ⁊ inno=
cētie fidē conferre cri
minibus: q̄ dū putāt se
aliene laudis fructum
p iniquam victoriā ra
puisse: nesciunt se sue
cōscientię pdidisse ni=
torē. vt recte experiāt
illud Lactātij. q2 mul=
tis sua etiam facūdia
mortifera est Rursus

veluti ipsa artificiosa
dicendi ars suos alū-
nos decipi: sic & ab eis
fallit: parē[q;] ei vitupe
rij vicē reddūt: dū elo
quētie auctoris fal
si noīe gloriāt. eāq; tā
to fedi⁹ deturpāt quā-
to nullā partē eloquē-
tie attigerūt. Quip-
pe nominari eloquētes
delectant: q̄ nondū lo-
qui inceperūt. Est eni
modernorū hominū in-
gens numerus: q̄ in eo
se veros rhetores per
fectos atq; facundos
oratores euasisse pu-
tāt: si post pauculas q̄-
bus insudarūt grāma
tice literas. post erga
tis ceter; p̄claris sciē
tijs. q̄ ipsam eloquen-
tiā nedum illustrāt: sz
conficiunt: ilico facun
die studijs se dedāt li-
brosq; Ciceronis et si
vis nostri Quitiliani
plegāt. Lōge certe alī
ter ide Cicero moder-
na deplorans tpa in eo
libro sentiebat: quē de
oratore ad Quitū fra-
trem edidit. Longe se
cus et ipe Quintilia-
nus cū de oratoris isti
tutione ageret. rarū ei
aut nullū fatent opti-
mū esse ea etate orato-
rem. Cui⁹ rei illā asse-
runt nō insulsam fore
causam. Nā oratorē in
quiūt oī sapientie gñe
psuadere oportere/ vt
q̄ alibi di dicit: cū splē
dore dicendi proferat.
adeo vt q̄ verū oratorē
audit: scire & intellige
re plusq; ceteri arbi-
tret. Qd vtiq; nisi di-
uersis sapiētie titulis
lustretur: efficere non
valebit. Quo enim pa
cto in sacris litteris il
le persuadebit q̄ eas
nusquam legit. Quo-
ue in naturalibus qui
Arist. non vidit. Quo-
modo in moribus aut
iure ciuili perorabit:
qui earum scientiarū
ne dixerim expers est

sed nec p̄ncipia nouit Ea de re Cicero mira ri desinit paucos ad= modū fuisse oratores: cuz eos aut omnia aut multa scire oporteat. Que oīa hoīes cōple= cti p quā difficile est. Hinc Augu. in doctri= na xp̄ana ait quendā sapientē dixisse: q2 ora torem oportet non mo do delectare: sed doce re: nec mō persuadere vt flectat: s3 vt vīcat. Cōstat itaq3 ea oīa nō nudis v̄borū folijs: s3 m̄ltiplici sapiētia cō= parari. Talis ḡ elo= quentia a sapiēte pro lata: omni dulcore mel lis dulcior est: de qua ī ecclesiastico scribitur. sapiēs in verbis ama= bilē se reddit. Ut igit̄ ptes laudate eloquen tie q̄s assequat̄: necef se est varia scientiarū supellectili cōstipat⁹ existat. idq3 in prouer bijs Salomon permo nuit inquiens. Stude sapientie vt possis di= gne p̄ferre sermonez. Qua sententia contē ptibilē asserit facun= diam/ nisi sciētia 7 sa= piētia fuerit condita. Fateor ergo hominuz mēs hodie depravata quinimo 7 penitus ob cecata est: adeo vt frō des pro fructu capiāt et fumo pascant̄. dum se igni appropiquare putant. Hoc est certe illud tempus q̄d Apo stolus ad Thimotheū p̄sagnabat. cū poeta rū fabulas ac figmen= ta p veritate ac sana doctrina fideles acce= pturos ī spiritu deplo rabat. cū ait. Ueniet ergo tēpus cū sanā do ctrinā non sustinebūt: sed a veritate quidem auditū auertēt/ ad fa= bulas aūt cōuertent̄. Adde q2 teste Augu. Cicero ipse 7 ceteri q̄ rhetoricam docuere /

Eloquentia vt siue sapientia nocet sic sapientia sine eloquentia prodest.

fassi sunt eloquẽtiam sine sapientia obesse plurimũ: & ꝓdesse nũ ꝗ sapientiã vero sine eloquentia plurimum ꝓfuisse. Hic Apostolꝰ ipse vas electionis ad Corinth. de se loquẽs palam fatetur se imperitũ fore sermone: sed nõ scientia et sapiẽtia tantũ tñ profecit quantum mũdus capere potuit et humana igenia sufferre valuerunt: adeo vt plus ceteris doctrina et ꝑdicatiõe ꝓficiẽs vnꝰ ipse doctor gẽtiũ meruit appellari. ipse deniq; et si rethoricis coloribꝰ non vsq;quaq; vtebatur: adeo vtiliter disputabat: vt oẽs sua sapiẽtia superaret: nõ vtiq; vt ipse alibi ait vicebat ipersuabilibus humane sapiẽtie ꝟbis que ad eloquẽtiã referunt: quare fideles sũmope admonet: ne decipiant in sublimitate sermonis. Mouerat enim quod ad eũdẽ sensũ iob dixerat: frustra (inquit) homo apit os suũ: et absq; sapiẽtia ꝟba multiplicat. Nec idipsum gẽtiles veteres qui eloquentie studia miro cuderũt igenio negare videntur. quippe arbitrati sunt eloquẽtiã non debere iudicari atq; laudari verborum solo splẽdore: sed secundum grauissimas sententias a vera sapientia sapienter elicitas: vt et explicare libet: & gr̃a exẽpli dixeri. in ꝯficiendo dyademate siue anullo absq; p roportione longe pus cõferre videt: qui carbũculũ: qui gẽmas q̃ aurũ offert: quã aurifex q̃ modo ea auro ligat/ formãq; simplicem adiicit. Omnis itaq; referta oratio gẽmis sapiẽtie & senten-

Argumentum prefertur stilo.

tiarū pōdere ꝑficitur nō solis verborū floscu lis/parū ergo substan tie vel virtutis: aut so= lide pulchritudinis o= rationi afferre videt: q̄ solū rhetorice et elo= quētie vacat / veluti q̄ nuda ex aliena precio= saqꝫ materia ꝟba ligat Qui vero nō mendicā do sed sua diffundendo preciosiora ministrat: lōge pluris cōferre vi sus erit. Famulat ita= qꝫ (teste Augu.) eloquē tia sapiētie. Nec mirū (vt Hiero. ait) ad ma= gnū oratorē si propter eloquij venustatē ⁊ di= cēdi ornatū sapiētia vt dn̄a ea vtat et aliquan do de āncilla atqꝫ capti ua ꝑpter ei⁹ venusta= tē faciat liberā israeli tem/q̄ ⁊ tādiu honora= ta incedat: quādiu do= minā sequit. sitqꝫ cōtē ptilis: cū sola absqꝫ do mine splēdore ꝑdire ⁊ placere gestit. Postre= mo audi q̄d Augustin⁹ dicat. Ait enim. Quia eloquētie solū vacātes minime ingeniosi habē tur. Quid em̄ (inq̄t) ꝓ= dest clauis aurea si a= perire nō pōt. Aut q̄d obest lignea: si potest. Agā igit fine3 si illud vnū dixerim: qꝛ q̄ sine sapientia eloquentiam ꝓfitent: vanitati inni= ti fatent. Nā nudo ver boꝝ ornat vacātes: hu manitatis studia se ia= ctāt assecutos. Cū em̄ (teste sapiēte) vana sūt studia hoīm: recte ora= toꝝ exercitia hūanita= tis sunt q̄ppe ⁊ vanita tis: tū vanitati sermo= nis icūbūt. q̄s pulchre idem sapiēs alibi digi to tāgit: Uerba (inq̄t) proferūt plurima/mul taqꝫ in dicendo ⁊ dispu tādo vonitatē habētia Sed et Hieremias ad eundē sensū. Doctrina (inq̄t) vanitatis coꝝ li gnū est argēto iuolutū

huma nitat; studia vnde. dicta.

Lignū (inq̄) siccum est
atq̧ aridū: idq̧ vt splē
deat argento īuoluiť.
Nec aliť rhetoꝝ ꝟba
arida sunt/ veluti nul=
lo sapiētie humore aut
sententiaꝝ splēdore hu=
mectata. q̄re vt fulge=
ant argento nude elo=
quentie supinuoluunť.
Quo fit vt verissimuz
sit eos studia seq̄ hūa=
nitatis qui poti⁹ vani
tat. Adde q̄ diximꝰ in
prefatione huiꝰ libri q̄
icipit. Vez vbi aliq̄d
diximꝰ vsq̧ ad mediuz
capituli.

¶ Cp̄.xxxviii. de Ma=
thematicis sciēcijs in
genere/ ⁊ de earum or=
tu et fine.

Mathematice ꝟo
doctrinales vo=
canť. qz per certas de=
mōstratiōes quātitatꝫ
cōtinue docent. vt sta=
tim subijciemus. Has
phūs metaphisice con
numerat: ⁊ cū illa ꝯue=
niunt qz vtraq̧ cōside
rat de quātitate conti
nua/ sed dispariť. Me=
taphisicus eñ cōside=
rat de oīb⁹ quantitati
bus ꝓ vt sunt entia: vt
ait philosoph⁹ lib. iiij.
metaphisice. Sed ma=
thematic⁹ ꝯsiderat de
quantitate/ vt de subie
cto: ⁊ de illa pricipaliť
agit illāq̧ demonstrat.
Et qz quātitas multi=
plex est: aut saltez qua
druplex: ideo quattuor
sunt mathematice. Pri
ma eñ ⁊ nobilior quāti
tas est circa dimensio
nem oīm celestiū corpo
rum in se: ⁊ inter se per
destantias ⁊ dimensio=
nes adinuicem. etiā re
spectu mot⁹ ⁊ situs illo
rum ⁊ circa istam quā=
titem versať astrono=
mia. Alia est quātitas
respectu audit⁹ circa
sonos et voces. Nam
humana curiositas vi=
dens in sonis esse dele
ctamētū/ quesiuit cau=
sam eius: vt sibi posset

Mathematica q̄druplex.

per artē tales delectationes facere ɔtinuare. vt dicit Boe. in primo musice: Vñ docuit quātitatem vocuȝ sub vna cōcordia et consonantia sonorū ɔiungere: et in vna ꝓportione numerali deducere et hanc ꝓportionem ⁊ quātitatem sonorū vocam⁹ musicā. Tertia quātitas respectu numeri versatur que dicta est arithmetica .i. virtus numeri: qꝛ considerat quātitatē nūeralē ⁊ proprietatē ei⁹ vt ait Jsido. Hec certe ars magne ꝟtutis ē quia nulla aliarum artiū indiget: alie vero hac plurimū indigent vt ait Boe.. Quarta vero quātitas versat circa mensurā q̄ dicta est geometria .i. mēsura terre/ que ortū habuit secūdum Alfaragiū in egypto. Cū em̄ post Nili inundationē possessiones oēs obducerentur limo. ad hoc vt deinceps possessiones certitudinaliter distiguerētur ceperūt terrā lineis ⁊ mēsuris metiri ⁊ partiri vt sic ceteri limites ponerētur in possessionibus. A tali igitur priaris mēsura terre sciētia mensurādi nomē accepit que geometria dicitur. Postea vero creuit īquisitio ei⁹ / ⁊ deuentū est ad lineas / ⁊ circulos / ⁊ triāgulos et ceteras figuras ad eiusdem artis ꝑfectionem.

¶ Capitulū. xxxviii. Perticulariter de pⁱma scientia mathematica/ vicȝ de Astronomia/ ⁊ de eius laudib⁹ et vtilitate demuȝ de illius incommoditate in certitudine laboribus ⁊ dānis.

Astronomie vtilitas.

ASTRONOMIA ita qз pma ē Mathematica: et quam antiqui mathesim penultima breui appellabāt: eāqз vtilē pbabilēqз habuerūt: quia (vt ait Policrat⁹) natura illā inducit rō pbat z vtilitas/ z experientia approbat: qui hanc sequūtur curiosiores sunt celestium/ vt īuestigēt de singul; q̄ sublunari globo cōtinentur: vtilis certe ad naturales effectus prenoscēdos. Illa eni desiderū motibus magnitudine z distātia p tractat. Euocat eniз hoies ab his tenebris et grosso aere et in superiorē illam lucidissimāqз celi domū tot luminaribus distinctam oculos z animū īducit Est enim iocunduз fixas stellar imagines discernere. et erraticas suis locis noībusqз designare / earūqз cōiūctiones. Demū solis z lune defectus: lōge ante predicere z p̄uidere: ex quib⁹ plurīma cōmoda cōseqūtur z non parua pericula et incōmoda vitamus Rursus nō est dubitādum ex motu celestiū corporū plurimos futuros reruз euētus dependere: presertī in illis qui ex nostro libero arbitrio non pcedunt Vn̄ secūdū doctrinā sanctorū. Nō sunt culpandi: qui naturales effectus stellarum: et planetarū nouerunt z predicunt. Nam z ī genesi legitur: Luminaria celi ad hoc producta esse: vt insignia et tempora z dies z ānos patet ex predictis excellentia z vtilitas huius artis. Verū secū-

dum Alfara. hec ars
pro parte mendax est:
et hominibus ignota.
Quis enim hominum
hodie nouit omnium &
tam diuersarum stella
rum diuersas naturas
& effectus. & possea vir
tutes ex oibus mixtas
vt cum certitudine de
terminet euetus. etiā
naturales in elemētis
et elemētis cōtigētes
vt absq dubio dicere
possit. taliū stellarū cō
iūctio facit necessario
siccitatē: & taliū cōiun
ctio facit aquarū abū=
dantiam: et taliū pesti
lentiam/ & taliū mortē
diuturnā/ & taliuz mor
tem celerem/ indubie
nemo nouit circa arca
na ista certū dicere: sz
per coniecturas falla=
ces asserunt aliqua ex
his q̄ cōtigerūt aliqñ
et nō accidit vniformi
ter sicut dicūt Et ideo
astronomia iudiciaria
fatva dicit: & infatuati

Astro nomia incer ta di= uina= tio.

ua eorū q̄ sibi vacāt se
cundū Alfara. Irri dē
da certe et taliū hoīm
demētia vt scire velit:
q̄ in celo agunt: q̄si cō
silio celestiū interfue=
rint: atq recēter inde
venerint: cū tñ q̄d ī ter
ra/ q̄d ī domo vxor aut
soror ei⁹ egerit: igno=
rēt. Noui ego quosdā
astronomos vxores ha
bere nō satis pudicas
ipi tñ de aliarū īpudici
cia cōiectabāt. Pluri=
ma itaq īcōmoda hūa
no gñri ex his futurorū
pscrutationib⁹ mathe
matici afferūt. Sz vl=
tra p̄dicta eminēt alia
īcōmoda & picula. Nā
raro & difficulter secta
tores hui⁹ artis intra
moderatiōis metas co
hibent: sed cupiditate
quadā futura pnoscēdi
ad diuersa vanitatū ge
nera eius velamēto ho
mines trahunt. vt (te=
ste Policrato) nō tam
philosophie species:

Astro uomia fatua infa= tuat.

Astro nomie incō= moda

quã quedã ĩpietatis di
sciplina sit.⁊ tãdẽ ĩ ma
thesim ꝑducta penul=
tima ꝯuertat̃. Dilatãt
eñ plurimi philateri=
as hui⁹ art;: vt ꝯstella
tiõib⁹ ⁊ planet; nimiũ
ꝟtutis attribuãt:⁊ eis
(nescio quã)auctorita=
tẽ pſtãt ĩꝯtumeliã crea
toris. Et iuxta apl̃m.
Ad sobrietatẽ nõ sapi
entes stulti fcti sũt. Ce
lestib⁹ eñ ꝯstellationi
bus attribuũt vitã et
mortẽ:ceterosq; euẽt⁹
hoim p̃dicere conant̃:
⁊ cetera q̃ pať posuit ĩ
sua potestate.nõ atten
dẽtes q̃ ꝑ ꝓphetã de⁹
ad illos irridẽs ait Di
cite michi q̃ vẽtura sũt
⁊ dicã q: dij estis. Sic
igit̃ mẽtes hoim futu=
ra p̃noscere cupiẽtium
illudũt vt tãdẽ liberi
arbitrij perimãt liber
tatẽ/ q̃ parit̃ ⁊ eis cre=
dẽtes vtinã illud ꝯside
rarẽt: q: altissimus ac
stellis tm̃ dedit vigor;
quãtũ voluit sibi tamẽ
retinuit toti⁹ opificij
pꝛĩcipatũ. Que oĩa ip
si auctori deo exhibẽt
famulatũ : iuxta illud.
Celi enarrãt gloriam
dei. Adeo ei hij hoies
diuine ꝓuidẽtie illius
q̃ bonitati ⁊ potestati
detrahũt: vt asserãt ali
quẽ faustũ/ aut fortuna
tũ eẽ posse/ ex ꝯstellati
one natiuitat; sue. A q̃
bus(vt q̃dã sapiẽs ait)
q̃rẽdũ esset: ancredant
ira dei q̃busdã plerũq;
regna ⁊ dominia abla=
ta fuisse simplicit̃ ⁊ ei⁹
grat; ⁊ bñplacito alijs
esse collata. Rurs⁹ nõ
credũt ꝑ eadẽ diuina
ira vel gr̃a dei/ aut ali=
quoꝝ p̃cib⁹ põt placa=
ri: vt bona data nõ au=
ferat ⁊ mala merita nõ
inferat/ q̃ oĩa in sacris
litteris sepe fctã eẽ le=
gim⁹. Qđ si ea ꝟa fore
credũt / necesse ẽ illos
etiã credere/ q: cõtra
voluntatem creatoris
hmõi bõa hoib⁹ nõ ꝓue
niãt: nec eis auferẽt̃: s;

ineffabiliter verū sit/
cūcta bōa ꝛ mala moꝛ-
talib⁹ ex dei benepla-
cito pꝛouenire. Vñ do
ctissimus Guillermus
cancellarius parisien
sis pulcre in eo quē de
vniuerso libꝛo edidit:
refert facete. quia cū
vn⁹ ex astronomis cui-
daȝ ex illius natiuita-
tis constellatione ma-
gnā dignitatē pollice-
retur. Ille ab astrono-
mo quesiuit. Nā si de⁹
nollet: ille dignitatem
assecutus essȝ. Cui re-
spondit. Nullo id pa-
cto id effici posse. Rur
sus ergo q̄siuit an si de
us vellet astra et eius
natiuitas possent ipe-
dire ne dignitatē asse-
querentur. Similiter
respondit negatiue.
Tunc ille. Cū ergo v-
trūq; sit i dei arbitrio:
totū ei cōmito. Quod
vero obijciūt lumina-
ria celi pducta esse vt
sint insigna et tēpoꝛa

Sidoruȝ et signorū effect⁹,

fatendū est in natura-
libus Erraret eñ me
dicus: si flebotomaret
in certa lunatiōe vel si
gno sideruȝ. Signant
ergo sidera futura tē-
poꝛa: an naturaliter e-
runt sicca vel humida
Secus i leuētib⁹ homi
nū qui ex arbitrio pꝛo-
cedunt. ꝛ per rationeȝ
dirigi possent. Tales
eñ astris nō subijciū-
tur. Pendēt eñ ex in-
tellectu quē secūdum
philosophū constat eē
ab extra. Fatendū ē ta
men quia inclinatiue a
stra disponunt certos
hoīes ad certos actus
pꝛesertim eos qui non
resistūt passionib⁹: nec
sequunt rationē. Quo
sensu dixit ptholome⁹
quia solus sapiens do-
minabit astris. Stul-
toꝛū autē ifinit⁹ est nu-
merus. Significāt er-
go astra quedā natura
lia in terra nec ad illa
hoīes cogunt quinimo

ea facile vitare possumus: veluti exẽpli gr̃a Eleuatio manus cum gladio: signum est eminẽtis pcussionis: nõnũ q̃ tñ in iocum resoluit Rursus aliud exẽpluʒ succedit. si i capite alicui⁹ vici aut strate vrbis videm⁹ ignẽ accensum: et ventũ validum ex ea parte: certe cõiectamus domũ ligneaʒ quã ignis ⁊ ventus petit cõburẽdã/ tñ aquarum copia aut alijs remedijs vitari põt. O quot felices prĩcipes/ q̃t viros clarissimos fefellit / atq3 infelices reddidit: hec tã falsa ⁊ auida futurorum euẽtuũ inquisitio Testes sunt tres inter ceteros omni seculo p celebres et memorandi viri Pompei⁹ Crassus ⁊ Cesar quib⁹ (teste Cicerone) caldei oẽs mathematici: ceteriq3 aruspices preclaro fine in patria morituros promisere: qd an verum sit: mestũ est cõmemorari: ferro enĩ oẽs cesi duoq3 longissime ab Italia inhumati: ferarũq3 morsib⁹ expositi fuere. Ea igitur atq3 maiora quippe et deteriora his puenire assiduo cõspicim⁹: q̃s felices astronomi p̃sagiũt. Nec tñ humana mens futurorũ auida auerti vult: ne illorum nugis credat. Mira hoĩm leuitas mira credendi facilitas/ veri⁹ dixerĩ fatuitas. Quaʒ nõ parum Cicero miraf/ q̃ longe magis mendacibus q̃ vera dicẽtib⁹ credũt. Ceteris si quidẽ etiam pbis hoĩbus nõ facile fides datur si vno tantũ notabili sũt deprehensi mendacio. Astronomos vero ⁊ cõiectores melioris cõdictionis dixerim: q ecõtra accidit. Mille enĩ illorum in grauissimis re

Astro logi mltos magna tes de cepert

bus mēdaciis: vna for tuita ⁊ alias futura veritas fidez p̄stat. Quo fit vt aliud mirabilius accidat. qđ vt Petrarcha ait: sine vlla suspitione mendacii libere mētiri possit ꝑ eo quia semel potuerūt nō mētiri. Adde aliā stupendi ⁊ admirādi causam. Cū eni diuina veritas (scriptura sacra teste) nos moneat: ne predictis cōiectoribus etiā ꝓphetis ⁊ vera p̄dicētibus credam⁹. cū ait i Deutro. Si surrexit in medio tui ꝓphetes: et p̄dixerit signū atq portentum: ⁊ euenerit quod locut⁹ est: nō audias verba prophete. Temptat eni vos deus an diligatis eū/ nichil omin⁹ eis ipsis mathematicis q̄s nō prophetas/ nō sanctos scim⁹: in cunctis credimus: q̄ paucula demonū for te p̄stigiis p̄dixerunt/

sacre lr̄e ꝑhibēt astrologis fidem dari.

huius deniq exercitii pericula et incōmoda/ vltra p̄dicta ex eo conspicies: qm̄ illā artem pro fundamento ⁊ scuto quodā sue iniqtatis multi venerāt ⁊ colūt .s. diuinatores/ nigromātici: incātatores/ arioli/ aruspices: coniectores: cyromātici. Utcūq igit sit: oro te fili carissime/ hanc artē velut pestē fuge: nec qđ astra de te iquiras sed qđ astrorū creator sāxerit bonis operib⁹ expecta: atq vt ad salutē tuā cedāt iugiter exora: nec ab his cōiectoribus veritatē speres agnoscere: quibus veritas ipa ignotior ē q̄ tibi. Fateor eni aliq̄ astronomie sp̄es laudata est atq vtilis. Uerūtamē (teste August.) potius est scientia curiositatis/ q̄ doctrina pietatis. nec illā iculpamus sed vtilius sc=

Astrologia scia ē nō pietatis s3 curiositatis.

ctandā dicimus sapiētiā naturalē. q̃ astroꝝ arti heret. Illa enī naturali intellectui consona est atq̄ cōformis: p quā naturaliū rerū animataꝝ ⁊ inanimatarū pricipia/ passiones ⁊ coꝝ q̃ celo ⁊ mūdo cōtinent: rationes ⁊ effectus cognoscimus. ac multarū reꝝ possum⁹ causas reddere: q̃ mūdo mirāda videt. Nec minus iocunda est inq̃sitio perspectiue/ ⁊ de pōderibus tradita ratio. Fatemur tamen q̃ in his naturalibus methaphisicis sciētijs nō cristus: non ꝓphete sonāt: sed phūs ⁊ ꝯmētator. De qb⁹ ad Damasū dicit Hiero. qs phīsici ꝑscrutatores oculos in celum leuātes: ⁊ vltra ꝓfundū terrarū in abisso demergunt/ i vanitate sensus: in obscuritate mētis ingrediētes diebus ac noctib⁹ ꝑscrutāt: multa vt sciāt: pauca vt sapiāt.

¶ Capitulū. xxxix. de secunda mathematica videlicet de musica: et de eius laudibus ⁊ vtilitate: ac illi⁹ incōmoditate/ miserijs ⁊ laboribus.

Musica vero altera mathematica est/ q̃ vt dixi consonam multitudinē ꝓportionū suaꝝ i quadā equalitate vocum cōciliat. Hec certe ars apud grecos magno semper honori fuit: nec putabat qs liberaliter eruditus nisi musicalib⁹ cātibus instructus foret. Quantā autē ꝟtutē Plato armonie tribuit: ex his patet q̃ in thimeo tradit. Ait enī q̃ potentissima artiū ē musica. cui⁹ armonia virtus est ad mitigandos dolores animarū hūanaꝝ: ipsasq̄ leticandum silr et ad in- Musice cōmoda.

gerandas eis oēs pas=
siones. Tātusqȝ est mu
sicoꝝ in cōmouendis
animab⁹ vigoꝛ: vt eas
cogat mouere coꝛpoꝛa
sua etiā ad gestus inso
litos: quib⁹ mot⁹ inte=
rioꝛes alterāt Deniqȝ
p armonias gratia cō
templationis ꝛ diuina
rum scientiaꝝ studia:
nō mediocriter iuuan=
tur ſm Alfara. Adde
mirabile dictū: qꝛ ꝛ in
bellis equos ipsi musi=
cales cōcētus incitāt
Delphinos quoqȝ ꝛ ce
tera aialia letificant.
Hanc Socra. didicit.
ꝛ adolescentes erudi=
ri in ea iussit. nō qꝛ ad
lasciuie incitamentuȝ:
sed ad mot⁹ aīe sub re
gula ratiōeqȝ moderā=
dos. sicut enim nō ois
vox/ sed tm̄ q̄ bene con
sonat ad soni melodiā
facit Ita et motus aie
nō ois: sed q̄ rationi cō
gruūt ad rectā vite ar
moniā ptinent Auget
eius laudes: qꝛ nō mō
delectabilis ꝛ vtilis ē:
q̄ nedū spūs hoīm viui
ficant: sed īstrumenta
sunt ad rectos bonosqȝ
hoīm moꝛes cuius ꝟtu
te maligni spirit⁹ cohi
bent. Sed q̄d plura ?
Animū a curis liberat
ꝛ quadā in eterna leti
tia ad exultationem in
deū mentes hūanas ꝓ
uocat. Unde ꝓpheta.
Exultabūt (inquit) la=
bia mea dū cantauero
tibi. Sed iā audi illi⁹
incōmoda. Primo enī
eas q̄s diximᵘ vtilita=
tes q̄ musicā audiunt
cōsequunt: nō q̄dē ipi
artifices. nā vt ait Ari
sto. audibilia foꝛti⁹ mo
uēt quā sensibilia: aut
p se operabilia. Quin
imo teste philosopho:
ꝓpter vehemētiā mul=
titudinēqȝ vocū/ ledit
cerebꝛū: ledūt spūs vi
tales cātātiū: quot fit
vt ad moꝛes male di=
spositi reddant, quoꝝ

Musice icō moda.

Aristo.banausos.i.indispositos ad res intellectus vocat. Rursus musica ꝛ vsus ei⁹ p certas melodias ad mollitiem disponūt/aliquādo ad iram aliquando ad diuersa alia que distrahūt ab operib⁹ virtutis ꝛ intellectus q̄re senibus ac magnis et studiosis viris audire et iudicare/ nō exercere musicā p̄ceptū est. Decet eni(vt sapiētes aiūt)graue viꝝ nō modo man⁹/sed voces cohibere ad aliorum applausum qđ ꝓpriū histrionum est.Adde his que tangemus infra libro.ii.capitulo.xv.vbi de cantoribus agitur.

¶ Capitulū.xl.de tertia ꝛ quarta mathematica videlꝫ Arithmetica ꝛ Geometria. et de eaꝝ laudibus ꝛ vtilitate,ac de illarū incōmoditate/ inutilitate ꝛ laboribus.

Arithmetica et geometria vltie sūt mathematice ꝛ vtiles admodum: quaruꝫ altera de numeris/ altera de magnitudinibus. In quib⁹ ſm varias relationes pariū vel imparium:item lineaꝝ supficieꝝ aut corpoꝝ/ varie species numeroꝝ magnitudinūq̄ constituūt. q̄ cognitio iocunda est he quidem artes vtiles certe ꝛ necessarie sunt: ꝛ in scriptura sacra plurimuꝫ cōmodate: qꝛ scriptuꝫ est:Omnia fecisti i numero pōdere/et mēsura. Sine ei numero nihil agere possum⁹. Ut enim inquit Isidorus: Tolle numeꝝ a rebus ꝛ oīa pereūt:nec differrent hoies a bestijs ceterisq̄ aialibus q̄ calculi rationē ignorant. Et ideꝫ de geometria. Sine ei pōdere deniq̄ ꝛ mēsura:nec possessio

Arithmetica et Geometria vtiles ꝛ necessarie.

nes nec pollicie forēt. Sed fateor hec artes ꝛ si vtiles et necessarie sint / non tamen hoīes cōducunt: nec dirigūt ad mores/nec ad felicitatem eternam. Quid eñ prodest rerū magnitudines ac extrīsecas quātitates agnoscere/ sui vero ipsius itrinsecas qualitates ignorare? Quid rursus quātus sit orbis intelligere: sed quantus sit ei⁹ creator nescire. Aut quid prodest / omnium numerorū ꝓportiones attigere? Quid numerare multitudinē stellarum/ꝛ oībus eis noīa vocare. si vicia/ si scelera sui ipsius nō computat? Uera igiť geometria est quantitatem. ꝛ magnitudinem peccatorum attendere illaq; penitentie calcula diluere Uera illa ē arithmetica: dies nostros dinumerare: ꝛ in quo defecimus computare/ dicentes. Fac mihi domine notū numerū dierū meorum: vt sciam quid desit michi. quia carpētarii sibi vendicant: in quarum vsu/ pericula/ fraudes ꝛ doli nō desūt Taceo de falsis cōputis/ de falsis mensuris et ponderibus. Uides fili mi / huiusmodi mathematicas artes fore alienas ab artibus et scientiis pietatis: que ad vitam eternā conducunt/ ad quā te dirigere oīa mea studia tēdūt

arithmetice incommodą

¶ Capitulum. xli. in q̄ sub breui epilogo recolligit autor cunctas alias artes ꝛ genera viuendi i hoc seculo. In quo ostendit miserias/ labores et pericula omnium statuum. et docet eos omnes plures habere aculeos ꝛ miserias q̄ gaudium quietē ꝛ et securitatem; discur-

rens per omnes modos viuendi in hoc seculo.

Cernis iam fi=limi carissime si ea q̄ audisti tecū ipse reco lis ac discutis / expli= cata esse omnia vite ge nera: cuncta denique hu mana tēporaliaque exer citia: in quibus diuer= sa mortalium studia / tā sedulo et vehemēter oc cupantur. Nec enī pu to me falli: qm̄ human⁹ animus in illis non tā satiatur q̄ cruciatur. Si enī recte iudicas plus in eis laboris q̄ quietis pl⁹ meroris q̄ gaudij / plus luctus q̄ solatij / plus difficulta= tis q̄ facilitatis / plus periculi q̄ securitatis reperies: que omnia op to tecum ipse conside= res. Scio enim quoniā si minimam laborū dif= ficultatum et afflictio num partem / pro immor= tali deo pertuleris eo= rum que mortales su= beunt. vt seculo diuer= sis modis seruiant: re= cte quidē beatus eris Uerum sub breui epi= logo plurima tibi ad mentem adducam.

Quis enim omniū vi= uendi generum / ac hu= manorum exercitiorum et officiorum labores: incommoda: pericula. Fraudes quoque et do= los facile mēorare pos= set. Sed (vt breuiorib⁹ apud te vtar verbis) a summo culmine vsque ad infirmum: a cesare vs= que ad bubulcum. a Re= ge vsque ad pastorem: nulla quies / nulla secu= ritas / sed omnibus ca sibus / periculis / acu= leis laboribus innu= meris subijciuntur.

Cuncta fraudibus et iniquitatib⁹ subiacēt Regis enī aut cesaris clarissimū eē nomē nō

ambiginus:sed durissi mum officium ꝛ magis seruare difficile. In ex celsum eñ ꝛ ventosum montem ascendit rex: quē facilius fulmina fe riunt. Nam ꝛ si clarus regis titul⁹ sit:res ta= men obscura.nec aliud est quam vitreū ꝛ peri turum iocale: curis et periculis plenum De= mum reges delirant a= dulationib⁹ et(qđ peri culosius est)retento re gis noie pleriqꝫ tyran ni fiunt: quoꝝ nonnulli multo iustius sub rege iusto agerēt:ꝛ trāquil= li⁹ quā reges ipsi essēt Locus certe regi⁹ ne= dum ignauus et petu= lans est/ sed et pericu= losus laboriosus virtu tiqꝫ difficilis. Quippe bonus rex:seruus rei= publice ꝛ mal⁹/hostis illius. Adde quia rex ea die qua regnare ce= perit mori cepit. Aliis enī viuit moriē s:quod

Re= ges deli= rant ex a= dula= tione

difficile credit a regis hostibus. Si que erat olim quies:regi periit Sed de principū mise riis hactenus in secun do hui⁹ libri caplo dixi mus. Simile omino de principibus de ducib⁹ ꝛ marchionib⁹ comiti= bus/baronibus ꝛ cete= ris potentibus cogita bis quibus illa indele bilis atqꝫ irreparabi= lis mesticia addēda est qꝛ si potētes sint/ posse tamen ne regi subiiciā tur : nequaqꝫ possunt. Cetera hoīm officia/ status/artes ꝛ exerci= tia breuiorib⁹ attingā verbis. Milites popu lum reliquum et ipsos subditos non defendūt sed depredant princi= pum officiales:plebē excoriāt: thesaurisant sibi nō aūt reipublice thesaurisant. Regia quecqꝫ dom⁹ et pricipū aula:plena est supbis. et quādoqꝫ magnatum

curia referta est mēda
cijs / impietas versat
inprincipū ac quorum
liber belligerantiū ca
stris seu tentorijs.qm
(vt dudū cecinit elegā
tissim⁹ poeta Lucan⁹)
Nulla fides:pietasq
viris q̄ castra sequunt.
Venalesq manus:
ibi fas/vbi maxia mer
ces. Sed iam transire
ad alios libet. Eques
ipse factiosus armiger
pauper depredat/pedi
tes luctuosi/inferni mi
nistri/venator fess⁹ cur
sitat inaniter/fraudat
auceps:piscator madi
dus aquas nō terram
colit/custodes latrōes
in siluis / iusticiarij in
foris siccarij/excoriat
barbitōsor ledit cyrur
gicus/occidit medic⁹:
apothecarius sophisti
cat aromata /|iudices
tribunalia vendūt:no=
tarij registra falsificāt
litigijs immiscet cano
nista/ fraudibus ditan
tur legiste fraudat ora
tor:artiste supflua cu=
riose rimant. Theolo=
gi bona predicant pra
ua agūt:mercator deci
pit atq deierat:vendi
tor laudat : vituperat
institor:scriptores lcor
repte depingūt:picto=
res falsa sculpunt/ car
nifices putrida vēdūt:
tabernarij ebrios pa=
riūt/ gulā gignūt. Sz
tam ceca est hominum
mens:vt ad hec oia ꝛ si
miserijs/ piculis/ erum
nis plena:tamen vt ad
quedam solatia ingen=
tia properāt : festināt.
Currūt enim ꝛ discur=
runt mortales:nō qui=
dem per virētia prata
sed p scabrosos sepes/
ac semitas diuersas.
Quidā eni ascendunt
mōtes: trāscendūt col
les/ trāsuolant rupes:
trāsgrediunt foueas:
ingrediunt cauernas:
alij rimant viscera ter
re:alij profunda maris

penetrat alij opaca ne
moꝛum transfodiunt /
alij exponunt ſe vētis
et imbꝛibus / ac toni=
truis et maris ac flu=
minum fluctibus ꝛ pꝛo
cellis. Alij metalla cu
dunt et conflant : alij
lapides ſculpunt ꝛ po=
liunt: alij ligna ſucci=
dunt et dolant: alij te=
las ſoꝛdiuntur et tex=
tunt : alij veſtes inci=
dunt et conſuunt alij
edificant domos : alij
plantant oꝛtos et vi=
neas alij ſuccendunt
foꝛnaces : alij extruūt
et cudunt molendina:
alij piſcantur : alij ve=
nantur / aucupantur. ꝛ
tandem alij mercātur:
fenerantur. In quibus
oībus nō deficit fraus
dolus et nequitia / ac
etiam pericula pluri=
ma. Rurſus alij medi=
tantur / cogitant / con=
ſiliantur. et tandem de
cipiuntur: Alij contē
dunt; alij pꝛeliantur :
alij plurima animo vo
lunt : vt diuerſis arti=
bus opes congregent:
et queſtus multiplicēt
lucra ſectentur et his
laboꝛ coꝛpis / afflictio
mentis et periclitatio
anime. Que omnia ho
minum ſtudia atqꝫ exer
citia: tam vana ſunt qꝫ
diuerſa plena certe pe
riculis / aculeis et labo
ribus. Quod pulchꝛe
non negat ſapiēs Sa=
lomon inquiens. Cum=
qꝫ me conuertiſſem ad
vniuerſa que ſub celo
ſunt: et q̄ fecerunt ma=
nus mee. et ad laboꝛes
quibus fruſtra ſudaue
rant vidi in omnibus
vanitatem et afflictio=
nem: ꝛ qꝫ non ſit niſi la
boꝛ et afflictio ſpirit⁹.
Et concludit. Cuncte
res difficiles : nec po=
teſt eas homo explica=
re ſermone : pꝛout ſta=
tim particularius ī ſe=
quantibus capitulis /
differemus.

¶ Capitulum. xlij. in quo inquiritur causa: quare a prima mũdi origine/boni et mali in quouis statu existẽtes: diuersas miserias/penas: cruciatus plurimaq3 mala ⁊ incommoda corporaliter passi sunt. Et breuiter enarrantur calamitates in specie omniũ fere magis excellẽtium ꝑsonarũ vtriusq3 testamenti.

Quam ceca sit mortaliũ curiosa inq̃sitio / erga vite formaꝫ eligendã satis ex predictis cõspicere libet. Audita siq̃dẽ fiunt nõ modo in genere: sed in specie eorꝫ q̃ tẽporalit̃ et in hoc seculo vitam ducũt cuncta humane vite studia/ exercitia: artes ⁊ officia: in q̃bus ostensum est parũ fore dulcoris: plurimũ vero meroris ⁊ afflictionis. Superest igit̃ pro huius partis cõplemẽto: vt eius rei primo causas perquiramus. vñde a nascẽtis mũdi origine: plurimum et fere omniũ magis excellẽtium et egregiarum ꝑsonarũ miserias/penas afflictiones: incõmoda mala: mortesq3 teterrimas: ꝑticularius ⁊ nominatim breui sed cõtendioso sermone narremus: nec modo sceleratorꝫ hoĩm. sed ⁊ innocẽtiũ. Ut vñusq̃sq3 bonos sit̃ ⁊ malos ea ꝑtulisse cognouerit: nequaq̃ se magis aut exemplũ/aut ꝑuilegiatũ reputet. Quid igit̃ sibi vult q̃ nulla viuẽdi formula: nl'la vite ars: nulla sors iustorũ aut iniquorꝫ hoĩm miseriis laboribus ⁊ anxietatibus: cruciatibus ac penis careat. certe q̃sq̃s interrogat: mecũ ignoret,

Si tamen inquirendo aliqd dicere libet illa fortassis inter ceteras causa: summaqꝫ ratio assignari valebit. Cuꝫ eñ (teste Hieremia) oculi oĩm ad auariciam ad sanguinem innocentum fundendũ: ad calũniam; ad cursum mali operis intenti sunt.

Quodqꝫ et gñsis libri proclamant: quia vidit deus ꝙ multa malicia hoĩm esset in terra. et cũcta cogitatio cordis intenta esset ad malũ. Et in ꝓuerbijs scribiť Pedes hoĩm ad malũ currunt. Et iteꝝ in hieremia. De malo ad malum egressi sunt / quare recte eos mala sequuntur: q̇ mala cogitant ꝛ operanť. Quod sensit Dauid cum ait. Cõprehẽderũt me mala quoꝝ nõ est numer⁹. Hic Grego. Nulla dominabitur aduersitas si nulla dominatur iniquitas. Nec aliud clamabat sapiens. Corda (inquit) filioꝝ hoĩm replentur malicia ꝛ cõtẽptu in vita sua. Et subdit; Et post hec ad inferos deducentur. Natura eñ humana tã naturaliť, depꝛauata est vt ex se nutari non valeat: quare necesse est eam comitentur mala: sequanť aduersa. Hic idem, sapiens. Nequã est natio illoꝝ et naturalis malicia ipsoꝝum qm̃ nõ poterat mutari iniquitas eoꝝ ĩ perpetuum. Semen eñ ĩ illorum erat maledictũ ab initio. Sed dices iuste quidẽ malos mala sequunť: bonis vero pꝛemia nõ supplicia debẽtur. Sed audi q̇d sanctus iob dicat. Si impius fuero: ve mihi. ꝛ si iust⁹ non leuabo caput saturatus afflictione ꝛ miseria. Primis enim afflictio pena est: secũ

mala recte eos sequũtur q̇ mala cogitant.

dis medicia: illis supplicium / istis exercitium / oim tñ (vt ait sapiens) multa est afflictio. Qd apostolus non negauit iquiẽs ad Thimotheũ Oms q pie viuere volunt in xp̄o christi persecutionem patiuntur Nec aliquem idem sanctus patriarcha excepit cũ ait. Homo nat⁹ de muliere breui viues tempore repletur multis miserijs. id eni hominibus summa ratione cõgruit. Nam cum mens humana ad eam quam creatus quietez suspiret: agit diuina prouidentia nos ad illam dirigens / vt in hac valle miserie nullis gaudijs / nullis prosperitatib⁹ merito quietetur vt tanto vehementius nos eterna illa nonduz habita delectent: quãto iam ista adepta cruciãt. nec aliud impera voz noster verbo z exemplo docuit inquiens: in mundo pressuras semp habebitis: in quo vbo. Grego. nemo inquit sibi promittat quod euãgelium non promittit. Quis tã demẽs ille est vt sibi in quouis huius libet statu quietem et gaudia pmittat Quippe tribulationes z angustias euãgelica: immo xp̄i vox comminat. Super est vt exemplis factisq̃ cõprobem⁹: q̃ verbis attulim⁹. in primis igitur quam vera sint facile intuebimur / si cunctas huius seculi etates discutim⁹: si denicq̃ nostrorum priscoꝝ vitas ac studia / artes et exercitia perscrutemur. Memores itaq̃ simus dierum antiquoꝝ cogitemus generationes singulas. Interrogemus patres nostros et annunciabũt nobis maiores nr̃os: z dicent nobis, Nam a tempore

qñ diuidebat altissim⁹ gētes. et qñ separabat filios adā. ois creatura ois etas miserijs et erūnis plena fuit. Incipere autē libet a pmo nr̃o ꝓtoplasto. Is a demone seduct⁹: quā mala ꝑmutauit locum nosipsi sentim⁹. Uxor vero eua ꝙ male versutijs demonum credidit: nosipsi patimur: qb⁹ plurimas afflictionū miserias infeliciter trāsmisit: quas sibi nobisqꝫ vitasset si voci creatoris obedisset. Per quoꝝ trāsgressiões ab ipsa mundi origine omnes morti dediti: non modo mali: sꝫ boni. nō puer si. sed ⁊ iusti: recti et inocētes. nō nisi sudoribus: miserijs: et laboribus vitā duxerūt. Abel eni corū filius innocens/a nocente occidit. Enoch iustus ab hac vita trāsfert. Cai sagitta ꝑfodit lamech primus bigamus excecat. Tubalcaym laborib⁹ implicat: et faber malleator: atqꝫ in cuncta opera eris et ferri multipliciter fatigat. Matheusalē sicut plurimis amnis vixit: sic multa frigora. multaqꝫ sēsit discriminis. Noe ab ea quā plātauit vinea irridetur: atqꝫ centū annis in arce fabrica desudauit. viditqꝫ tremulus cataractas celi apertas: ruptosqꝫ abissi fōtes. Nemroth tirānus maledicit. et presumptio turrē edificantiū cum eoꝝ supplicio reprimit. Abraam tentatur ⁊ circūciditur. capit Loth ibello. Sare vero sterili deficiūt muliebria. Agar expellitur. bellis insudat Ismael. Isaac imolandus ꝑ multas miserias senuit. decipitur Esau suis primogenitis. primogenitus ipe

a fratre frustatur. So
domorum tabernacula
vorax ignis ꝯsumpsit.
vxor Loth curiosa sciē
di prohibita. salis con
uertitur in statuā. Re
becca desiderio filioꝝ
premit. Jacob luctat
a fratre insidias patit
Lia licet fecunda/lip
posa dolebat. Rachel
pulcra doloroso partu
spirat. Dina īdigne vi
olat. Sichē necat. Jo
seph a fratribus venū
datur. Ruben maledi
citur. Simeon ⁊ Leui
a patre vasa iniquita
tis appellantur. Dan
vero coluber. Isachar
asinus. Beniamin lu
pus rapax. Et vt bre
uius agamus: filii Ja
cob de scelere pessimo
accusantur. pincerna
Pharaonis īpie incar
ceratur. pistor suspen
ditur a domina carna
libus stimulis Joseph
angit populus israel ī
luto palea lateribꝰ ac
seruilibus oneribus p̄
mitur. masculi iubent
interfici. Obstetrix ti
more falsū dicit. Moy
ses ciste aquisqꝫ cōmit
titur. Egiptius in sa
bullo sepelitur. Cete
ros intēpestiua mors
affligit. Musca percu
tit grauissima: ranarū
multitudo: culices: bru
cus. lapides grandi
nes vexant. Tandē ro
te curruum subuertunt
atqꝫ in profundum fe
runtur: et tenebrosus
vorax pōtus absorbet/
populus sitit: esurit: si
mul ⁊ murmurat in de
serto. de porta ad por
tam querunt ydolatre
iugulandi. Crematur
Nadab: murmurās po
pulus succenditur flā
mis. Dathan ⁊ Abiron
terra absorbuit. Core
ad cētrū tre ruit. igni
ti ī ppl'm seuiūt serpē
tes: occidūt cananei.
morit Aaron. in mon
te impugnat Balaam

Moyses dilectus deo extra patriam moritur Jherico corruit. lapidatur Achor. uccendi tur Ay/ et eius rex sub aceruo lapidū submittitur. pugnat iosue. fen ferunt de celo lapides Amorrei. Ayoth in vētre pinguissimo gladium dereliquit. Sexcentos occidit vomere Sāgor. pimūtur Sebee et Salmana Abimalech septuaginta fratres supra lapidē regnādi cupidine occidit. eiusqꝫ cerebrū nō multū post mulier cōfregit. Jhepte filiā immolat/ dicentes chebolech iugulantur. Philistini / asini mādibula sternuntur. alij cū Sampsone, templi ruina consumūtur filij Beniamin occidūtur. morit Abimelech flet Anna: cesus est israel. Phinees et Ophni moriūt. cecidit Heli. Golias pimit a David. pereūt Philistei. cadūt sacerdotes. pcutitur Nabal. perimit Jonathas. Saulis armiger se fideliter (ne dixerim imprudēter) necat. Trāsfodit Asael Abner occiditur. Miphiboseth claudus decollatur. Josobeth percutit. Osa vincit. Syri pduntur. Proditur Urias bene seruiens luget Thamar. Amon penas luit. pēdet achitophel. lancea foditur Absalon. David pater dum hostē cernit: occisum filiū plāgit carissimum. Currit Achimas ad malū. decollat Syba. eneruati a David pereūt. sine culpa interficitur Adonias. occiditur Joab. idolatrat Salomon: q̄ cunctos sapientia vincit/ a muliercula deuincit. spernitur Roboā. Jeroboā maledicit: dolet Asa, vrit zābri, timet

Helias. occiduntur pphe-
te. Micheas sagittatur
cecidit Ochozias. vrun-
tur quinquagenarii. ir-
ridetur caluitio Heliseus
pueri vrsis lacerantur. le-
prosus Naamā anxius
medelam querit. punitur
Giezi. corruit iorā. feri-
tur Senacherib. egro-
tauit Ezechias: dies ei
mortis p̄dicitur. eruūtur
oculi Sedechie. dolet
Esdras. luget Neemi-
as. abiicitur vt bestia Na-
buchodonosor. occiditur
Balthasar. innocēs ac-
cusatur Susanna. Jonas
in pelago recluditur. To-
bias dolet cecitate. pre-
stolatur Anna. Sara la-
crimatur. in periculo Ju-
dith cōstituitur. Olopher-
nes (quē vix terra susti-
nebat) a femina capite
trūcatur. Vasti repellitur.
pallet Hester. suspenditur
Aman. decidit potens
Alexander. opprimitur
Eleasar. occiditur An-
thiochus. perit Lisias.

corruit Michanor. Ju-
das occubuit. perditur
Jonatas. Simeon peri-
mitur: Eliodorus flagel-
latur. necatur Onias. oc-
cidit Lisamachus. Ma-
chabei torquent. Job di-
uersis plagis percutitur/ et
in sterquilinio tanquam
dulci lecto meditatur.
Paucula ex multis suffi-
ciant/ eorum qui in veteri
lege afflicti et tribulati
sūt. Taceo eos annume-
rare: qui sub euāgelio z
lege gratie diuersis pe-
nis/ cruciatibus/ mise-
riis et malis afflicti re-
periuntur? Quis enim apo-
stolorum plagas: quas mar-
tirum ignes z gladios: quas
innocētū enses z prema-
turas mortes enumera-
re posset. Quorum alii ce-
si/ alii secti alii lapidati
sūt/ alii plūbatis/ alii sa-
gittis eculeisque rubricā-
tur. rotis lacerantur/ li-
gnoque afficiuntur. alii be-
stiarum dentibus tradūtur.
Libet illud cōuiuiū hic

inserere. quod Cipria-
no nonnulli attribuunt.
in quo ex scripturis sa-
cris plurimos introdu-
cit: qui nõ escas. sed cor
pora: mẽbra: sanguinem
pericula ⁊ labores ad cõ-
uiuiũ cõferunt. Ex pre-
missis igitur attingere li-
bet series ⁊ causas ma-
lorum ⁊ dolorum quibus mor
tales corporaliter affi-
ciuntur. Ideo vt aptis
oculis cõspiciam⁹: nul-
lum hoĩs genus erũnis
⁊ miseriis caruisse. nul-
lumq; tẽpus a dolorib⁹
⁊ laboribus vacasse. vt
recte rex ⁊ sapiẽs Salo
mõ dicere ausus sit. Ui
di calũnias que sub sole
generantur: ⁊ lacrimas
innocentium. ⁊ consola-
torẽ neminem: ⁊ lauda-
ui magis mortuos q̃ vi
uos/ ⁊ feliciorem vtroq;
iudicaui: qui nondũ na-
tus est/ nec vidit mala q̃
sub sole sunt. qm̃ vniuer
sa vanitas et afflictio.
Et rursus in ecclesiasti
co. Quid de vniuerso la
bore hominis: nisi cru-
ciat⁹ ⁊ afflictio. Et sub
dit. Cũcti dies eius do
loribus ⁊ erũnis pleni/
nec per noctem mente
requiescit.

¶ Capitulum. xliii. in q̃
ostenditur homines in
quouis statu viuentes
non solum penas exilii:
cruciatus ⁊ mortes ⁊ ce
tera corporalia incom-
moda assidue pati: sed ⁊
alias diuersas intrinse-
cas mẽtis afflictiones.
vt nusquam vita aut sor
te sua contenti sint. Et
breuiter tangit particu
lariter omnes fere hu-
iusmõi animi querelas
et molestias ad vtrãq;
partem.

Postremo pa
rũ est morta
lib⁹ q̃s pau-
loante enar-
rauimus mi
serias: ne dixeri suppli-
plicia calamitates ⁊ pe
nas corporales perpeti:

nisi plurimis aliis men tis intrinsecis erũnis ꝛ assiduus cruciatibus p̃mantur. Vehementius enim inuisibiles animo rum morbos/ quam corporeos aut visibiles affligere constat. q̃re eos difficilius curari posse posse perspicuũ est. quã itaq̃ diuersis et aduersis effectibus secum pugnet mortaliũ animus nonaliun q̃ se interroget: sibiq̃ ipse respõdeat q̃ vario quaniq̃ reciproco mentis ĩpulsu modo huc rapitur modo illuc. vt nunq̃ vnus/ nunq̃ integer existat. Quippe secum ipse dissentiẽs seipsũ discerpit. quatenus sine vlla requie ab ortu hoĩs vsq̃ ad exitũ fluctuet mortalis vita quãcunq̃ viuẽdi formulam eligat. vt recte de eo iob dixerit. quia homo repletus multis miseriis fugit velut vmbra et nunq̃ in eodem statu permanet. Sed vt cetera taceã non parua mortalium miseria putãda est. nulla ratione effici posse/ vt cuiq̃ sue vite formula placeat. cuius plurimos habet inuidos nulli ars applaudat nullũ sors letũ teneat: sed querulus aliena perop tet. qui suã nõ satis meruit. age vt eaipsa que maxime cupierat/ assequatur. Certe cum fauorabilis incipit esse fortuna: ilico mens emollita timidior ꝛ sue sortis obliuiosa fieri incipit: vt nõ a casu Flaccus dixerit. Bene ferre disce fortunam. Inexplicabilis certe miseria e se miserum semp putare. nec a miseria eripi posse. at eq̃ illa calamitas (vt ita dixeri) oĩm calamitosior est: quãdo a calamitate respirare nõ licet. quippe cui quicq̃d accidat etiam si letũ iocundũq̃ existat: cõtinuo crucietur.

Vita mortaliũ fluxa et mobilis semp.

In primis itaq3 velle3/ illud humanus conside ret anim⁹: qđ añ oclos cõspicit. Ego vero plu res vidisse su3 memor q̄ dãna: qui pauperiẽ/ qui suppliciũ q̄ mortẽ caro= ru3: qui peiores morte/ videl3 grauissimos mor bos equo aĩo tulerũt. q̄ tñ diuitias/ q̄ honores/ qui potẽtias: qui fastu3 qui laudes: qui fama3: q̄ alioꝝ sine inuidia: p̄co= nia atq3 triũphos: quie ta mente ferrẽt nullum. Quas siquidẽ aĩ passio nes et si apl's opera car nis appellet. q: tñ a fõ te cordis p̄fluunt: recte morbi animi cẽsẽdi sũt. Quid enim aliud ambi tio est quid cupiditas? nisi supbia. Ut eñ Au= gust. inquit. Nõ est am= bitio sine elatione. nõ ẽ cupiditas sine supbia. quia oĩs supbus cupid⁹ est. ⁊ oĩs ambitiosus ela tus. q̄ oĩa recte animi vi tia sunt, veluti ex affe= ctu ⁊ desiderio p̄cedẽ= tes. Na3 (Isidoro teste) cupiditas desiderio au get: cũ scriptũ sit: Insa tiabilis est animus cu= pidi. Digne igit̃ impera= tor noster apđ Matheũ ait. Quia ex corde exe unt cogitationes male. Tanges si vis: simul et discute oĩm mortaliũ q̄= relas: ac varias animi afflictiones. Verũ au= di ilico causas atq3 rõ= nes vt liq̄do agnoscas tãto maiores pectorib⁹ humanis inesse miseria q̄tomag3 obcecati sint: vt cur eas patiant̃ aut ignorẽt: aut nõ satis in telligere velint. Quidã eñ nõ parũ aĩo torquẽ= tur sup amplioris felici tatis: prosperitatis ac fortune carẽtia. sed cer te ignorãt quot pericu= lis ac ĩfinitis ⁊ inexpli= cabilib⁹ cur3 plene sint. Alii tristant̃ etiam post adeptas q̄s optauerũt prosperas fortunas sed

forte aut eos (quod diffi cile est) ferre nõ nouerũt/ aut recte cõspiciũt eas bonis morib⁹ aduersas Alii murmurant de aduersitate fortunio/ ꝛ calamitate. sed certe nisi fallor nõ cogitãt ꝙ incogniti hoīs nota esse calamitas nõ põt. Alii de eiusdẽ fortune ne dixerim incõstãtia sed fallacia vehemẽti⁹ querũt: q̃ adeo cũ eis ludit vt illos in patria sua/ vno ꝓpe tpe dños effecerit simul ꝛ exules: sꝫ certe hi integrã fortune amicitiã nõ amplectunt. cum eius leges aspernant: q̃ in altũ nihil diu manere statuit. Adde idignũ fore vt mores/ ludosq̃ illius respuat: cui se totũ deuouit. Alii deniq̃ penas sentiũt i hui⁹ mortalis vite incolatu ac ꝓlongãtione: sed certe hi ꝓmaturã mortẽ inexperiti id optãt qδ venisse dolerent. alii q̃runtur se ꝑsecutiones/ impugnationes/ atq̃ iniurias diuersas: tormenta deniq̃ ꝛ exilia ꝑpeti / sed quid si aut alii ipsi ea intulerũt aut meruerũt. alii lamẽtant/ q: tẽtationes flagella patiũt. sꝫ certe eis exercitari nime nouerũt Alii turbant plurimuꝫ: quia vano honore: inanisq̃ gl'ia nõ fruunt. sed hi aut verã gl'iam nõ nouerunt/ aut forte eos latere melius tutiusq̃ foret. Alii ꝙ despecti humilesq̃ ab hoibus repu tent: sed forte longe pl⁹ deiicerent: si plus eleuarent. Alii detractiones ifamias ꝛ opprobria molestissime ferũt: sꝫ hi falsis laudib⁹ tumẽt. Alii augunt super tp̃alis potestatis aut dignitatis siue mundani dñii carẽtia: sꝫ his virt⁹ fortassis non superest: vt ea asseq̃uant ꝛ ferãt: vel hi corruptũ habẽt gustũ talia falso putãtes diuturna.

hostes amicos reputãt. vel forte ociositatem illas afferentẽ ꝑscindere nolũt. alii ꝙ refectione tẽperata careant. Sed hi ignorãt eã male digerentibus ꝓdesse. alii ꝙ ieiunio ⁊ abstinẽtia vti non possunt. Sed certe quia ne possint/ volunt. alii super famis et sitis inedia queruli sunt. Sʒ q̃d si illis saturitas inimica est. alii super ample ⁊ delicate habitationis carẽtia tristãt. Sʒ his angustus forte loc⁹ virtutes dõnat. alii super asperis et duris lectisterniis lamentant. Sed certe quia mollia ad luxũ inertiãq; ꝓuocarẽt. alii de vtilib⁹ vestibus querunt. Sed hi in domibus regũ esse cuperẽt qui mollib⁹ vestiũt. alii ꝙ ceteris humanis solatiis careãt. sed hi satis ignorãt plus tristia q̃ꝫ leta quibusdã conferre. alii ꝙ cum hominib⁹ non cõuersentur aut fabulentur. Sed indubie tales ignorant solicitudinis dona: ⁊ virtutesq; silentii. alii de omni tristabili euentu querunt. Sed certe quia cuncta illis ad votum successere quibus sese experiri nõ licuit. alii non modo turbant: sed incõsolabiliter torquent quia mali i hoc seculo meli⁹ habeãt q̃ꝫ boni. sʒ hi nõ facile credũt: malos nihil hr̃e i celis/ sicut bonos parũ in terris. alii ꝙ in seruitutẽ redigant/ seu captiuent incarcerant. sed hi ignorãt ꝙ potior ps hois. i. volũtas/ libera est: cui principes nõ dñantur. alii tristant ꝙ oporteat eos diu iugũ subiectiõis portare. Sʒ hi ꝑesse nõ subesse optãt nec obediẽtie fructũ satis gustarũt. alii q̃rũtur de obseruantia diuersorũ ꝑceptoꝝ. Sed hi certe aperte demonstrãt ꝙ eos trãgressio delectat. Querele claustraliũ

Alii de reuerentia superioribus exhibēda querūtur. sed hi illā recipere / nō exhicere cuperēt. Alii de carētia ꝓprie voluntatis. Sed certe hi tales ignorant q̄ grauе malū existat: ꝓpria volūtas. Alii de voti emissione. sed hi certe nō satis nouerunt ꝙ felix necessitas que ad meliora cōpellit. Alii ꝙ seculuȝ derelinquere nō valeāt sed certe his ideo valitudo deest: quia valitudo nō adest. Alii ꝙ religionē ingressi / ꝑseuerare nequeāt. sed hi certe incepisse dolent. Alii ꝙ excōmunicati existant. Sed hi certe ecclie cēsurā nō medicinā / sȝ penam falso putant. alii ꝙ irregulares sint aut inabiles. sed hi certe nō satis humiliari nouerūt. alii ꝙ diuinis officiis ⁊ sacramētis careāt. Sȝ his forte vtili⁹ foret deuotiōe et fide suscipere.

Alii ꝙ lectio aut vs⁹ sacre scripture eis auferatur. sed certe q: eis aut ad questū aut ecclie discrimen vtebanᷓ. alii de exauditionis tarditate anxii sūt. Sed forte nō satis sciūt: quia differt cibū / auget esuriē. Alii de reꝝ tp̄aliū petitiōis frustratiōe augunᷓ. Sȝ certe quia aliena sunt. a vera iterioris sui hois salute. alii de ipedimento cōtēplationis queruli sūt sed quid ad pietatis actiua oꝑa sunt efficaces. Alii de augmēto negociationis Sȝ forte ɔtēplatiōi iepti sūt: aut illa eis permolesta est. Alii ꝙ virtutib⁹ careant. viciis sedebanᷓ. Sed verū est non nisi a seipso q̄s leditur. alii ꝙ faciliter vitia sequanᷓ. sȝ hi vitiis resistere nolunt: alii difficulter virtutes amplectūtur. sed certe quia cōfragosa et ꝑdifficilis ad virtutes

via est: dulcis ad vitia. Alii mestissime ferūt sti mulos carnis. sꝫ hi forte ad eos ꝑueniūt. Alii de erranea seu nimis arta ꝯsciētia angūt. sꝫ certe hi superiorꝫ exēplis/ aut ꝑceptis iuuari spernunt: aut quia suo sensu regunt. Alii ꝙ semꝑ leti ꝛ iocūdi et nunq̄ʒ tristes neqꝫ in aliquo conscientia stringat. sꝫ certe hi timorē dei abiiciunt ꝛ latā simul ꝛ letam vitā sequūtur vitiorꝫ. q̄ ducit ad morteʒ. Alii ꝙ plurimum audaces existāt. alii ꝙ pusilanimes et timidi. sed certe hi ꝛ illi extrema pro mediis capiunt: nec cogitāt qꝛ mlta ex timiditate sūt dimissa q̄ʒ per audaciaʒ sūt cōmissa. Alii ꝙ mortem: alii ꝙ fulmina ꝛ tēpestates timeāt. sed certe hi timere desinerent: si vere sperare icepissēt aut eos criminis cōsciētia nō accusaret. qꝛ (vt sapiēs ait) magna securitas est nihil iniq̄ egisse. Alii de sua ꝑdestinatiōe ꝛ salute hesitāt. sꝫ parꝫ hi laborant: vt sua sit certa electio. alii plꝰ q̄ʒ oportet de dei bonitate sperāt sed hi futuraʒ dei iusticiā nō satis credūt. alii ꝙ ob grauia ab eis commissa desperare formidēt. sꝫ certe neminem grauissima ꝓpetā cōdēnant: si nō placeant. Si nō vis desperare/ de sine peccare. adde quia vtrisqꝫ veʒ nimiū sperātibus ꝛ desperātibus timor deficit ꝛ spes. Quare vtrisqꝫ vtrūqꝫ ē necessariū/ scꝫ vt deū timeāt ꝛ in eum sperēt. Timor eñ sine spe inducit desperationē. Spes vero sine timore indissolutionē 6ꝫ Hugo. alii de timore inuasionis hostiū/ visibiliū ꝛ inuisibiliū agūtur. Sed hi congrua remedia sciēter aspernāt. Alii ob bonorꝫ corpo-

his defect⁹/ aut deformitates q̄runt. Sed hi nō satis cōsiderāt fatuū eē q̄ suū lasciuire pcoptat/ aut ornare cupit. alii senectutē grauiter ferunt eiusq̧ calamitates detestant. Sed hi parū fore putāt cupiditates reliq̄sse. atq̧ id nō posse/ qđ nolle deberent. Alii de corporis debilitate ꝛ diuersis morbis / p̄sertim de oculoꝝ/ audit⁹: odorat⁹: aut loq̄le carētia: sine defectu Sꝫ certe hi cūcta ad corp⁹ referūt ignorātes defect⁹ ipōs plus pfecisse aie: q̄ȝ offecisse corpori. Alii sup vita breuitate ꝛ tēpestiua morte incōsolabilr torquēt. sꝫ his bonos act⁹ quā multos dies cōgregare ɔsulti⁹ esset. cū nō multuȝ sed bn̄ viuere sit laudabile. Alii de eadē iminēte/ de ppiquo morte/ ꝛ instanti agone spū angunt: sed hoc ideo q̄ nō satis cōsiderāt rudē esse tyrānū/ q̄ a pena liberat: quē punire se putat. Hec paucula forte ꝛ multa de hui⁹ vite diuersis artib⁹ formulisq̧ viuendi: ꝛ earum erumnis et afflictionibus a me diserta sunt. Que quidem lōgiora aut breuiora dici posse scio. Verum ne breuitati admodū studui/ nec copie/ sed put ex cōmuni oim mortaliū vita se obtulerunt scriptis disserui: ne legētes vel inopia vel fastidio fatigarē t: vt cernat vnusquisq̧ mortaliū i q̄uis forte arte ɔstitutus sit: q̄d ad vtrāq̧ parteȝ dici valeat: nec illos blāda resoluāt: nec afflictiua cōturbēt. atq̧ vt dulcia pariter ꝛ amara despiciat. sꝫ parat⁹ sit sēp ad oia: prōptus ꝛ ad singula. ¶ Absoluā taȝ fili mi hūc p̄mū ad te pollicitū libꝛū: de cūctis vite hui⁹ tp̄alib⁹ artib⁹ ꝛ exercitiis: eorūq̧ mise-

Non multū sed bn̄ viuerē lauda bile ē.

riis et erũnis. Verũ ex his q̄ vltio dixi/ ſẽſi pla ne tuũ aim nõ parũ tur- bare. Voluis em̃ i mẽte quinimo (vt ita dixerim) inter dẽtes muſſitas ne dixerĩ murmuras. Cũ ei audiuim⁹ ſatis ruẽtis ſe culi huius calamitates aduerſitates ⁊ ſupplicia tribulationeſq; mltas ⁊ malas/ q̄s paſſim (vt ſu- pra tetigim⁹) bonis ⁊ re probis: facinoroſis ⁊ in- nocẽtib⁹ cõcs eẽ. Eaq; pch dolor nõ tã legim⁹/ q̃ experimur: quaꝝ reꝝ cauſas q̃ſdã i gñe dedu- xiſti. Veꝝ tãte tã graui q̃rele ſpecialiores/ vigẽ tioreſq; cauſe ↄgruerũt. Demũ q̃d remedii: quid ſolaminis mortalibus i tãtis erũnis ⁊ vite labo ribus eſſe poſſit/ nondũ adduxiſti. Vtinã em̃ tã prõpta ↄgruaq; ad eas oẽs calamitates leuan- das remedia attuliſſes q̃ certa huius vite me- ſta ſupplicia deploraſti.

Vſq; adeo vt bonos vir tutiq; p̄ditos viros/ abſ q; culpa affligi ⁊ torq̃ri q̃ppe ab imortali deo re lictos putemus: ſicut ⁊ malos pſperari i altũq; puehi idigne ↄſpiciam⁹ Quo fit vt diuinã puidẽ tiã icuſemus q̄ q̃ſdã in- culpatos variis ſuppli- ciiſq;/ infortuniis/ ⁊ pe- nis cruciari alios culpe noxios felicitare p̄mit- tat. Si em̃ calamitates hmõi (veluti ſupra diſſer uiſti) nõniſi ex culpa mor talib⁹ puenire ↄtẽdas/ idcẽs plurimũ diuie iu ſticie vr: vt inocẽs ab eo dẽ fõte affligat: q̃ repro bus ⁊ iniqu⁹ pena rele- uat. Nec aliud deplora- bat Hieremias iquiẽs. Juſtus q̃dẽ tu es dñe ſi diſputo tecũ/ verũ tñ iu ſta loq̃r quare via ipioꝝ pſperat. et ſubdit. Pro pe es tu ori eoꝝ ⁊ lõge a renib⁹ illoꝝ. Prope inq̃ (teſte. Augu.) dãdo eis quicq̃d volunt ⁊ petũt.

